



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus V. De Scandalo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

quest. 18. par. 4. Saloniim in 2. 2. quest. 7. artic. 4. Socum lib. 5. quest. 10. art. 4. Sayrum in Clavi Regia lib. 1. c. 9. num. 37. & Rebellium Malderum. Bonaciam, vbi supra.

RESOL. LXXIII.

An qui audiuit detrahentem de aliorum criminibus, & non correxit, peccat mortaliter? Et quid in dicto casu, si audiens sit Superior, vel graue damnium ex detractione sequaturum animaduertitur? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 35.

§. 1. R Espondeo vt plurimum minime; & sic ait Ioan. de la Cruz Dominicanus in direct. consciens. p. 8. quest. 2. art. 2. dub. 5. concl. 1. qui ob timorem, verecundiam, negligentiam, aut amici leuitatem, non resistit detractori, peccat venialiter. Et hanc sententiam docet etiam ex Societate Iesu Adamus Tannerus in 2. 2. D. Thoma. disp. 4. q. 8. dub. 7. num. 151. vbi sic asserit. Est peccatum contra iustitiam, si quis directè iniustitiam, & detractionem approbet, aut, quod deterius, ad eam inducat, contra charitatem, si quis merè negatiuè se habeat, non impediendo, nisi ex officio teneatur, aut detrahentem corrigere, aut famam alterius defendere; nempe quia huius, vel illius superior est. Communiter tamen ex negligentia, timore, aut verecundia non repellere detractionem, solùm censetur peccatum veniale, nisi vel audiens superior sit, vel graue damnium ex detractione sequaturum animaduertatur, vel timor ipse adeo peruersus sit, vt propter eum peccare aliquis mortaliter non curet. Ita ille, & hanc sententiam nouissimè docent etiam Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 24. cap. 4. num. 95. & Faber de vestit. in 4. sent. disp. 15. q. 3. disp. 5. c. 3. n. 127. vbi sic asserit. Si omittat corripere detrahentem vel ex timore, vel ex negligentia, vel etiam ex verecundia, est peccatum veniale. Non igitur, vt aliqui serupulosi putant, est semper peccatum mortale audire, & non corripere detrahentem; vide etiam nostram res. \* 24. tract. 3. miscellan.

RESOL. LXXIV.

An correctio fraterna sit adhibenda, cum blasphemiam est occulta, & non hereticalis? Ex part. 7. tract. 3. Resol. 60.

In indice primo huius tom. 7. lege Apendicem ad hunc tract. 4. vbi inuenies alias paucas quest. mistas, & dispersas per alios tom. tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc tract. 4. de correctione fraterna.

TRACTATUS QUINTUS

DE

SCANDALO.

RESOLVTO PRIMA

Quomplex sit scandalum? Ex part. 5. tractat. 7. Resolut. 1.

Tom. VII.

§. 1. D E hac materia alibi egimus; nunc adducam, quæ asserit Fagundez in decal. tom. 1. lib. 2. c. 3. n. 33. vbi sic ait. An quando blasphemiam est secreta, & speratur fore vt blasphemus secretè correctus emendetur, sit præmittenda fraterna, & Christiana monitio; Partim opinio nem inuenio: nam Azor. tom. 1. Inst. mora. lib. 9. c. 28. q. 8. asserit non esse præmittendam talem correctionem; quia ea denunciatio in blasphemis nõ præcipitur ob criminis emendationem, sed ob criminis punitionem; & sic non tanquam denunciator, sed quasi accusator denunciare quis præcipitur. At melius alij distinguunt inter blasphemiam hereticalem, & non hereticalem; & de hereticali dicunt non esse præmittendam talem correctionem, siue emendatio speretur, siue non speretur, quia speciale est in crimine heresis, vt ob magnum periculum infectionis aliorum, & difficillimam hereticorum emendationem, statim sit hereticus denunciandus, nulla præmissa fraterna correctione; de non hereticali siue publica, siue secreta sit, dicunt, si non speretur emendatio, statim denunciandum esse, si speretur, prius esse fraternam correctionem præmittendam. Quare prædicta decreta, & edicta, quæ præcipiunt denunciari blasphemos, de quibus egimus n. 32. intelligunt seruato ordine Evangelico, nempe, vt si blasphemiam non sit hereticalis, siue publica, siue occulta sit, & speretur emendatio blasphemii, prius admonendus sit; si non speretur, non sit admonendus, sed statim denunciandus. Ita docet Emanuel Rodríguez tom. 1. sum. in 2. edit. c. 3. n. 6. quatenus absolute dicit blasphemiam non esse denunciandam ante correctionem fraternam, dum emendatio speratur, etiamsi præcipiatur sub excommunicatione denunciari; & loquitur de blasphemiam non hereticali, & non distinguit inter blasphemiam publicam, vel occultam; docet etiam Sanchez tom. 1. Decal. lib. 2. c. 3. n. 47. in si. Medina lib. 1. Sum. c. 14. §. 2. fol. 77. p. 1. Ludo. Lopez 1. part. instruct. c. 2. in fin. Hæc vique Fagundez.

2. Sed circa præsentem quæst. ne deseras etiam videre Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 58. dub. 3. Coninch. de act. supernat. disputat. 28. dub. 8. num. 151. Henriquez lib. 11. cap. 24. num. 11. in gloss. lit. C. Villalobos in Sum. tom. 2. tract. 4. difficult. 11. num. 1. & Sanctarel. tract. de blasph. cap. 6. dub. vnic. num. 10. vbi probat Leonem X. in Bulla condere nouum ius, & velle blasphemantem corripendum esse etiamsi non speretur emenda, sed postea cum Azozio obseruat hoc nouum ius, non fuisse vsu receptum, & ideo non procedendum videtur secundum regulas præcepti correctionis fraternæ.

§. 1. R Espondeo scandalum esse duplex: aliud actiuum, aliud passiuum. Scandalum actiuum est, oppositio obstaculi, vel occasionis, vnde oritur ruina spiritualis proximi; quod bene diffinitur à Hieron. super Matth. 18. & habetur in gloss. ibid. Scandalum est dictum, vel factum minus rectum, & præbens

prebens occasionem ruinae. Dicitur autem *minus re-  
ctum*, vel quia id quod praebet ruinae occasionem, ve-  
rè malum est, vel quia licet sit bonum, habet spe-  
ciem mali; id enim quod bonum verè est, & tale ap-  
paret, non potest esse occasio lapsus, quin potius con-  
firmat & roborat homines in bono. Dicitur etiam *oc-  
casio*, quia nihil potest esse causa totalis, & adaequata  
ruinae & peccati alterius: omnis enim qui peccat, pro-  
pria voluntate peccat, & solum potest esse causa mor-  
nalis & extrinseca, quae potius occasio, quam cau-  
sa appellatur; scandalum vero passivum est ruina ip-  
sa eius qui peccat, occasione accepta ex dicto, vel  
facto alterius.

2. Scandalum actuum contingere potest dupli-  
ter: Uno modo per se, alio per accidens. Per se duo-  
bus modis. Primo, quando expressa intentione ex-  
peditur peccatum alterius; secundò quando licet non  
adsit expressa intentio, opus ipsum, vel verbum tale  
est, natura sua, aut ex circumstantiis sufficiat in-  
ducere alium ad peccandum. Per accidens verò cum  
nec intentio operantis, neque conditio operis cò-  
tendit, ut alter ruat, sed ex prava dispositione peccan-  
tis oritur, ut inde somat occasionem ubi non erat,  
quod verbo tenus scandalum est; verè enim non est  
scandalum & solet non appellari scandalum absolute,  
nisi quod est per se. Ex quo sequitur posse esse scanda-  
lum actuum sine passivo, quòd quis quantum est ex  
se praebet occasionem ruinae, sed ille, cui praebet, pro  
sua integritate non labitur; & potest esse scandalum  
passivum sine activo, quando aliquis ex sua malitia  
labitur, sumens occasionem, unde sumi non poterat.  
Et potest esse scandalum actuum, & passivum simul,  
quando oppositio offendiculi sufficiens est, & effe-  
ctum sortitur. Quando autem est scandalum passivum  
sine activo, dicitur scandalum acceptum: quando au-  
tem est actuum, vel cum passivo, ver sine illo, dicitur  
scandalum datum.

3. Scandalum merè passivum praeterea dividitur  
in scandalum pusillorum, vel infirmorum, & scanda-  
lum Pharisaeorum. Scandalum pusillorum est, quod  
ex ignorantia, vel infirmitate oritur potius quam ex  
natura facti, quia eis aliquid apparet malum, aut ha-  
bere speciem mali, quod est bonum, & tale apparet,  
nisi ignorantia eorum, qui scandalizantur, impediret.  
Scandalum verò Pharisaeorum est, quod oritur ex pu-  
ra malitia, aut ex ignorantia affectata & crassa (quae  
in hoc malitia equiparantur) nam scandalum pusil-  
lorum ex ignorantia inculpabili procedit. Ita Docto-  
res communiter.

## RESOL. II.

*Virum omne scandalum sit peccatum?*

*Et quando Scandala debeant explicari in confessione?*

Ex p. 5. tr. 7. Ref. 2.

Sup. c. cento  
in hoc §. in  
tom. 1. tr. 7.  
Ref. 13. §. 1. &  
2. & signan-  
ter, in Ref.  
16. per tota,  
& in aliis ca-  
rum prima-  
rum anota-  
tionum.

§. 1. **N**on referam hinc pugnantem DD. sententias,  
quia existimo hanc disputationem meta-  
physicam esse potius, quam moralem: nam quod ar-  
tinet ad praxim, parum refert, & ideo dico aliquem  
ex triplici intentione posse alterum scandalizare. Pri-  
mò, directe intendendo ipsam ruinam, siue mortem  
spiritualem proximi, siue ideo cupiendo eum hoc: aut  
illud peccatum committere, ut reatum illius incurrat.  
Secundò, directe intendendo eum inducere ad actum  
malum, non tamen quia hoc ei malum est, siue ut  
ipse peccati reatum incurrat, sed ob alium finem; ut  
quia ipse sine alterius ope nequit perficere actum,  
quem cupit committere; qua ratione unus alium,  
aut aliam inducit, ut secum furetur, aut fornicetur.  
Tertio, faciendo aliquid peccatum, aut speciem pec-

cati habens, quo credit alium inducendum ad pec-  
catum, nullo tamen modo id expresse intendendo,  
sed solum interpretative, quatenus vult facere id, ex  
quo videt alterum sumpturum occasionem peccati.  
Fatentur autem communiter omnes DD. omnem  
inducentem alterum aliquo ex dictis modis ad pec-  
candum peccare, tenerique hoc expresse, & aliter  
confiteri, nec in his, aut in modo illud peccatum con-  
sistendi inter se dissident. Ita Coninch *disp. 32. de  
n. 35. Lorca in 2. 2. sect. 3. disp. 56. n. 6. Azorius in  
lib. 12. c. 16. q. 2. & seq. & alij.*

2. Verum non desinat hic per extensum appre-  
re in gratiam curiosorum, verba doctissimi & amari-  
ssimi Patris Hurtado de Mendoza in 2. 2. *disp. 173.  
sect. 8. §. 6. vbi sic ait. Praemittendum est diffinitio-  
nem de oppositione scandalum: cum charitate, aut dilectio-  
ne scandalum actuum & passivum, esse speculativas potius,  
quam practicas, etenim in quavis sententia scandalum  
zans tenetur exponere in confessione, quia ratio est  
alicui occasio peccandi, neque satis esse exponere oc-  
casionaliter alicui peccatum, sed opus est exponere tum  
speciem scandalum actuum, tum passivum. Actuum quidem  
est exponendum in specie, quia si opponitur alicui  
virtuti, est explicandum, quia mutat speciem: ut si ego  
furto fui alicui causa furandi: quòd si scandalum non  
opponitur alicui virtuti, est etiam explicandum, ut scie-  
tur illud tantum habere malitiam scandalum: ut si ego  
actu aliquo de se indifferenti fui alicui causa furandi.  
Si verò scandalum erat actus de se indifferens, non  
opus explicare illius speciem, satis enim est dicere  
actu malo fuisse alicui occasionem furti. Nisi quia ex-  
stinet actum de se indifferenter contrahere aliam  
malitiam ab eventu, ut qui solvit ieiunium, peccat con-  
tra Religionem & temperantiam. Adhuc tamen in  
praesenti non est opus explicare actum differenter,  
qui fuit causa ruinae, quia non habet rationem malitiae  
nisi à nocimento. Hoc mihi prohibetur & ratione so-  
lius omnis actio dans occasionem, at in ieiunij lege  
ipsa abstinencia praecipitur in honorem Dei, ob quod  
duae leges violantur. Nec est opus explicare cibum, nisi  
alia lege sit etiam interdictus, ut sunt carnes: at non est  
opus alios cibos explicare de se indifferenter etiam  
hac die ieiunij. Quid enim refert me verbo indifferen-  
tenti, aut indifferenti facto eam occasionem deesse?  
Ratio à priori est, quia ille occasiones non aliunde acci-  
piunt malitiam, quam ex damno proximi, quod sup-  
pono esse idem illatum ab utraque. Item explicandum  
est, an formaliter sit volita alterius ruina, quia haec  
species est gravissima in ratione scandalum. Item est ex-  
plicandum utrum consilio & persuasione & voluntate  
directè lata in peccatum alienum, an verò solum inter-  
pretative, & in causa voluerit peccatum alienum,  
quamvis enim haec non mutant speciem obiectivam,  
at intra illam sunt valde diversa. Item opus est expli-  
care actum intentionem, quo volumus actionem exte-  
riam futuram occasionem alicui peccati, quamvis  
actio illa externa non fuerit exercita, ut tenetur ex-  
plicare voluntatem furandi, quamvis futurum non ad-  
mittatur. Item tenetur explicare actionem exteriorem  
exercitam cum probabili periculo quòd illa erat in-  
tura occasio peccati, quamvis re ipsa non fuerit, ut  
tenetur confiteri actionem aliquam pertinentem ad  
furtum, quamvis furtum in re ipsa non contigerit.  
Ratio à priori, quia omnes illae actiones sunt peccata,  
omne autem peccatum mortale est materia necessa-  
ria confessionis.*

3. Exponenda etiam sunt omnia scandala passiva  
in specie, nec enim satis est aperire se fuisse in  
occasionem peccati, sed opus est asserere, cuius  
peccati in specie, an luxuria: adulterij: aut  
in illius alterius; Ratio est, vel quia scandalum  
actuum est in eadem specie cum passivo, unde actum  
explicari debet.

RESOL. IV.

An sine scandali peccato possim redimere vexationem iniustam in administratione Sacramentorum prebendo pecunias?

Idem est pro audiendo Sacro in die festivo, & ministranda Eucharistia, &c.

Et an hoc sit Symonia?

Et an in aliquo casu, v.g. infantis morituri sine Baptismo, non solum licitum sit offerre pecuniam pro eius administratione, sed teneri?

Et late explanatur in quibus aliis diversis casibus hoc licite possit fieri, si ad sit necessitas gravis. Ex p. 5. tr. 7. Res. 16.

§. 1. Negatiue respondet D. Thom. in 3. dist. 5. quest. 2. art. 2. quest. 5. ad 2. Paludanus quest. 3. num. 17. Marfilii quest. 4. art. 4. dubi 4. Scotus dist. 15. quest. 2. ad 2. Gabriel ibidem q. vu. art. 2. post 2. concl. Alexander de Ales 2. part. q. 187. num. 3. art. 3. §. 1. & alij penes Valquez opusc. de scandalo quest. 43. art. 8. dub. ult. num. 59. asserentes non esse licitum pecuniam offerre, vt administraretur sacramentum Baptismi existenti in extrema necessitate; quia emere Sacramentum intrinsece malum est, ac proinde ex nulla circumstantia etiam succurrendi extremæ necessitati licite fieri potest. Et vrgetur magis a gumentum, quia in hac oblatione pecuniæ non tantum scandalizatur frater accipiens illam, sed etiam est peccatum simoniæ, quia in ipsa oblatione pecuniæ emitur Sacramentum, quod tam simoniacum est, quam ipsum vendere.

Sup. hoc le- ge doctrinã Resolutionũ annotationũ sequentium huius Res.

2. Verum his non obstantibus, ego puto posse licite offerre pecuniam Sacerdoti nolenti moribundum infantem baptizare sine pretio, imò si alia ratione non potest illi persuaderi administratio Sacramenti, nisi pecunia oblata, adest obligatio illam offerendi. Et ratio est, quia id non est scandalum, quia ego rem peto quæ potest fieri bene & malè, occasione autem non do ad peccandum ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex pura malitia, quam ego non teneo vitare cum tanto meo incommodo, aut alieno, vt de viurario dictum est: neque item pecco contra Religionem, quia ego vel consulo minus malum, quod in nullo euentu est illicitum, neque contra virtutem vllam, quando grauius non potest alia ratione vitari; vel quia ego non aestimo Sacramentum pecuniæ, neque illam do pro Sacramento, sed præcise volo allicere voluntatem iniqui ministri vt velit mihi conferre Sacramentum. Cum autem illa oblatio non sit absoluta, sed tantum conditionalis, nempe ex suppositione quod ille aliter nolit, non possum ego dici illum inducere: ergo illa actio non aestimat Sacramentum pecuniæ, sed tantum vult allicere pecuniæ voluntatem ministri, vt me Sacramento tingat, aut soluat peccatis, quæ Sacramenta ego censeo non aestimari pecuniæ, neque pro illis eam do, sed pro sola voluntate Ministri.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Res. 27.

3. Quod autem in tali casu non solum licitum sit offerre pecuniam, vt probatum est, sed deberi, patet, nam ex oblatione pecuniæ nullum sequitur incommodum, ex ea negata sequitur tantum incommodum, vt ego illud teneo vitare, etiam cum vitæ discrimine, quia eo ipso quod assentiens opinioni probabili offeram pecuniam, sum immunis peccato scandali & simoniæ, quia illa opinio probabilis me excusat. Oblata autem ea pecunia infantem eripio ab æterna damnatione, negata autem pecunia infans relinquitur danandus æternum. Ergo teneo hoc incommodum euitare, si quidem sine incommodo possum. Lex enim charitatis me obligat quoties sine incommodo possum.

E e 2 Et

RESOL. III.

An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali?

Et in casu, quo times à te alios scandalizatos esse, tenearis in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccati? Ex part. 5. tractar. 7. Res. 3.

§. 1. Respondeo plures coram aliis peccantes excusari à peccato scandali, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullo modo peccatis vis censentur ad peccatum moueri; vel ita sunt desperati, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Ita Salas tom. 1. in part. 2. tract. 7. dist. 3. sect. 4. n. 84. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 7. Alphonsus de Leone vbi infra n. 24. Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. dist. 6. punct. 2. n. 4. Et idè Sancius in selectis dist. 46. num. 11. optime notat, quod à scandali peccato excusantur plurimi, quod vel ipsi tam prauis moribus imbuti sunt vt ab illis de præstando exemplo nihil crederetur, nec inde argumentum sumatur ad liberius vitis vacandum; vel de eo curantes ita ad peccandum faciles atque inclinati sunt, vt non censentur moralis eorum inductio.

2. Notandum est verò hîc vnum, quod plurimi miserimè nolunt intelligere, videlicet in casu quo times à te alios scandalizatos esse, teneri in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccatorum. v.g. Meo malo exemplo scandalizauit tot personas inducendo talia peccata, aliter non satisfacis. Ita Villucius tom. 2. tr. 28. cap. 6. n. 226. Syluius in 2. 2. q. 43. art. 3. concl. 2. Castrus Palaus vbi sup. punct. 4. n. 3. & Bonacina de peccatis disputat. 2. q. 4. punct. 2. numer. 42. vbi citat Sanchez, quibus etiam adde Molphestum in sum. tom. 1. tract. 8. cap. 10. numer. 1. & Leonem de offic. Confess. tom. 1. recollect. 34. numer. 9. & 10. & ratio iam ex Hurtando posita est in superiore resolutione.

Tom. VII.

Et hanc opinionem ex D. Bonavent. in 4. dist. 5. art. 2. q. 1. in fine, docet Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 173. sect. 17. §. 1. 11. & seq. quibus adde Basilium Pontium de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 6. num. 32. Lessium lib. 2. cap. 35. num. 38. & 39. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 12. n. 23. Valquez opus. de scandalo art. 8. num. 59. & alios.

4. Vnde ex his apparet posse aduultum offerre pecuniam Sacerdoti, vt illi administret Sacramentum Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, quia petit rem possibilem fieri bene, quæ si malè fit est propter malitiam Ministri, quam ego non teneor vitare cum graui meo incommodo, neque item Sacramentum emo, neque æstimo pecunia, sed tantum illa oblata allicio voluntatem Ministri. Et quidem durum est hominem cogere, vt moriatur cum tanto discrimine salutis æternæ, est enim maximè incertum vtrum exerceamus contritionem perfectam, quæ in hominibus flagitiosis est frequenter difficilis; attritio verò est multo facilior, vt maximi momenti est nihil occasionis præmittere ad securitatem salutis æternæ, ergo, &c.

Sup. hoc ex doctrina Ref. not. præterea, in fine, à vers. Vnde, & magis late in tom. 5. tr. 7. Ref. 14. §. vit.

\* Sup. cōten- to in hoc §. in Ref. vit. not. præteri- ta, §. penult. post mediū, à vers. qui etiam num. 20.

5. Notandum est tamen hic pro curiosis, quòd licet Suarez hanc doctrinam admittat tantum in grauissima necessitate, tamen Hurtado *vbi supra*, §. 224. illam admittit etiam in quacumque graui necessitate, quia vbi est grauis necessitas, exculamur à vitanda occasione scandali aliorum ex malitia; item illa actio non est emptio Sacramentorum, ab illa autem externa donatione exculamur necessitatis grauitate, ob quam non comittitur simonia. Vnde quoties obligat præceptum annuæ confessionis & communionis Eucharistiæ, possumus offerre pecuniam vt alliciamus voluntatem Ministri eorum Sacramentorum. Item ad accipiendum viaticum, & extremam Vnctionem: quamuis enim illa Sacramenta non sint necessaria ad salutem, sunt tamen vtilissima, illisque carere est grauissima calamitas. Item quoties aliquis est in peccato mortali, potest pecuniam offerre Sacerdoti vt illum absoluat, si ea die non sit habiturus alium, à quo absoluetur sine pecunia, est enim grauissima necessitas, quia est grauissimum malum ire cubitum in peccato mortali: multi enim sani ebant, neque viui surgunt de lecto. Item si Sacerdos priuaret aliquem frequenti vtu Sacramentorum & Missæ sacrificio, liceret tunc illum pecuniis allicere, quia est grauissimum malum Sacramentorum subsidiis carere. Item quoties aggredimur iter longum carituri Sacerdotibus. Imò quoties obligat præceptum Ecclesiasticum de audiendo Sacro, est enim grauissima necessitas obseruandi leges Ecclesiæ. Si verò quis sit excommunicatus, & ei a Sacerdote negetur iniuste, neque possit sine graui incommodo spiritali, aut temporali differri, potest ea vexatio redimi. Denique id licitum est in omni graui necessitate. Hæc omnia Hurtado loco citato. Verum, quia non vult esse harum opinionum primus author, ideo relinquit illas temporari maturandas, vt facio etiam ego.

## RESOL. V.

*An sit differendus ingressus Religionis propter scandalum, vel vt ne parentes turbentur?*

*Et vtrum opera consilij dimittenda sint propter scandalum ex malitia, aut ob scandalum ex infirmitate semel, aut iterum? Ex part. 5. tractat. 7. Ref. fol. 23.*

§. 1. **A**D hoc dubium respondet Valentia tom. 3. disp. 3. quest. 18. punct. 4. vbi sic ait. Tercio sequitur debere etiam ad vitandum scandalum infirmorum differri quoque ingressum Religionis; vt v.

g. si aliqui in sæculo autoritate & conuersatione alicuius grauis & pij viri in officio continetur lapsi, alioqui facile in aliqua peccata illo ab eis discunt, & Religionem ingrediente, teneatur tum differre ingressum, quandoquidem sine peccato potest: non tamen teneatur perpetuò à Religionis ingressu abstinere, vt rectè sentit D. Thomas art. 7. ad 4. tum esset grauissimum detrimentum spirituale. Nisi forte sequeretur alioqui grauissimum & commune scandalum in fide, aut moribus alicuius totius communitatis; tunc enim putarem durante periculo talis scandali non posse ingredi. nam ad tuendum bonum commune strictissime tenemur etiam cum quocumque detrimento spiritalis boni ad salutem non necessarij, & cum vitæ quoque corporalis cetero discrimine. Ita Valentia. Vide etiam Sayrum in *Class. Reg. lib. 7. cap. 6. à num. 8.* & Hurtado de Mendoza in 2. 2. disputat. 173. sect. 21. §. 249. vbi fuit doctor. Vtrum opera consilij dimittenda sint propter scandalum. De quo etiam vide Suar. disp. 10. sect. 4. n. 8. Lorcam in 2. 2. quest. 43. art. 8. numer. 11. Scandali in secl. disput. 37. num. 10. docentem ab operibus consilij non esse abstinendum ob scandalum ex malitia, at ob scandalum ex infirmitate, lenit, aut iterum. Vnde Malderus in 2. 2. quest. 43. art. 7. asserit, ne parentes turbentur ad tempus quidem rectè differri ingressum Religionis, non autem omnino omitti.

## RESOL. VI.

*An Clerici incedentes per ciuitatem in diebus Barchinensibus personati, vulgo Mascharati, peccent mortaliter peccato scandali?*

*Et an etiam non solum Clerici, sed etiam Religiosi incedentes personati recreationis causa mortificare non peccent, neque quoad rationem scandali, neque quoad præceptum iuris habitum Pernitentium illis prohibens, neque quoad habitum dimissionem ad modicum tempus; neque quoad habitum larvarum?*

*Et docetur, quod venatio ex sui materia omnibus est licita etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantum illa, quæ est clamorosa, & aliam, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiastici præcepti, nec ratione scandali, damnata ratio fiat. Ex part. 10. tractat. 13. & Miss. Ref. 29.*

§. 1. **N**egatiuè respondet Pater Vidal in *Acta Theologia moral. tit. de statu Ecclesiastic. inquis. 1. num. 18. & seqq.* vbi ponit, & probat, quod ex nullo iure communi Canonico interdicitur esse dignoscitur Clericis sub culpa mortali ludum larvarum. Ita deducitur à iure ipso Canonico. Ratio est, quia in iure Canonico nullus expressè textus reperitur prohibens Clericis sub mortali ludum larvarum, & à Doctoribus nullus assignatur: ergo in iure expressè non prohibetur Clericis ludus larvarum. Nam aliàs extaret in iure talis textus. Ibi Clerici personati incedentes lethalius non peccent contra ius præcepti talem ludum sub culpa mortali illis interdicens. Ex hoc inferit quod Clerici incedentes personati modeste cum debitis circumspectis mortificè non peccent peccato scandali. Ratio est, tum quia tali modo laruat incedendo non præbent aliis occasionem eorum exemplo mortali ruinæ, tum quia ex leuitate materia non insurgit graue scandalum; tum quia ob vitium, & consuetudinem, quæ vbique viget, vt Clerici personati aliquando

aliquando incedant, nullum patiuntur scandalum Sæculares, etiam si videant Clericos incedere personatos, dummodò tamen seruent modestiam, pudicitiam, ac decorem; tùm etiam quia vt plurimum incogniti incedunt per Urbem personati, & à prætereuntibus non cognoscuntur, quinam sint illi: ergo fere nunquam Clerici incedentes personati mortaliter peccant peccato scandali, dum tamen seruent modestiam, ac decorem. Et tandem num. 60. sic concludit. Clerici Sæculares non solum, sed etiam Regulares incedentes personati recreationis causa mortiferè non peccant, neque quoad ludum larvarum, neque quoad præceptum iuris habitum personatum illis prohibens neque quoad rationem scandali, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus.

2. Sed hæc reiicienda sunt: Et idèdò puto non esse recedendum à communi sententia Doctõrum, nempe in tali casu Clericos Sæculares, & Regulares peccatum mortale committere. Et ita præter Doctõres citatos à Patre Vidal tenet nouissimè Hieronymus Garcia in Summa Theol. Moral. tract. 1. diff. 2. dub. 2. num. 5. vbi sic ait: En quarto lugar entran las mascaradas, acerca lo qual dizen Armilla, Syluester, el Abad, Lambertino, y el Cardenal, y los quales refieren y siguen Comitolo, lib. 6. quest. 7. Petrus Gregorius in Syntagmate iuris, lib. 9. cap. 11. Barbosa, in Collectan. ad cap. Cum decorem, de vit. & honest. n. 3. que peccat mortalmente el Clerigo que lo usa, como no lo haga por evitar algun dano disfracandose: esta opinion se funda, in c. Cum decorem citato, y se colige de la Clement. 2. de vita, & honest. Cleric. donde se condena al Clerigo que dexa el abito por hazerse mascarado: y la razon es, porque esta accion cede en grande iniuria del estado Sacerdotal, y es estimar poco el abito, y la dignidad que tiene; y siendo en cosa grave nadie lo escusa de pecado mortal, y en la Authent. de Sanctissimis Episcop. §. vltim. Se pone pena de destierro à los tales: y en algunas Diocesis ay de scomunion mayor por Synodal, contra los que ordenados in Sacris se disfracan, y de cierto Prelado deste Reyno subemos, que castigò à un Canonigo por esto: Los Religiosos à mas de peccar gravemente incurrer en descomunion, ex cap. Vi pecculore ne Cler. vel Monac. in 6. Ni se escusan estos en opinion de muchos, con dezir llenan de baxo del habito de mascaradas, el de Clerigos, que esto es muy per accidens, pues va oculto, y assi se la bona fides no escusa à algunos que vinen en lugares cortos, no hallo otra manera de escusa. Ita ille. Et quidem eo ipso quod Clericus larvatus incedit, dicitur incedere immodestè, & sine decore, atque idèdò, nescio quo pacto dici possit Clericum personatum non peccare mortaliter, si modestè, & cum decore incedat: quænam enim modèstia, & decor dici potest, & imaginari in Clerico personato?

3. Nota etiam hic obiter, Patrem Vidal vbi supra, Inquis. 2. num. 24. seqq. docere, quod venatio eius materia omnibus est licita, etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantùm illa, quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa: Vnde frequenter, & cum clamore exercendo venationem dempta omni alia circumstantia mala venaliter peccant, non mortiferè, neque contra Ecclesiasticum præceptum neque ratione scandali, &c. Probat hanc opinio: nam Laici frequentando clamorosas venationes secundùm se mortiferè non peccant peccato scandali: ergo neque etiam Ecclesiastici. Antecedens est certum apud omnes. Consequentia probatur, quia differentia, quæ interuenit inter Laicum, & Ecclesiasticum est tantùm in ordine ad statum virtutisque: sed venatio clamorosa non adèdò graui-

ter dedecet statum Ecclesiasticum, vt sit culpa lethalis in Ecclesiasticis; ergo, si Laicus frequentando venationes clamorosas non peccet mortiferè peccato scandali, neque etiam peccabunt Ecclesiastici.

4. At ego, vt olim docui, hanc sententiam admitto, dummodò rarò fiat venatio clamorosa, non tamen frequenter, & per modum consuetudinis; aliter erit peccatum mortale in Ecclesiasticis omnibus assidue venationem cum clamore, & tumultu exercere ob grauem penam impositam à iure Canonico contra Clericos frequentantes venationem clamorosam. Et ita præter Doctõres à me alibi adductos, tenet hanc sententiam nouissimè Petrus Marchant, in Tribun. Sacrament. tom. 3. p. 3. tr. 3. tit. 1. §. 3. propos. 10. & me citato Ballæus in Florib. Theolog. verb. Venatio num. 3. & Baucius in Casibus singularib. conscientia, ca. 215. petes 5. qui citat Lessium, medianam & Siluestrum: Non est igitur sententia Patris Vidal admittenda, cum sit contra communem; & Doctõres, ab ipso allati non loquuntur de venatione clamorosa.

Docuit in Ref. que nunc est in tom. 5. tr. 3. Ref. 64. & in tom. 8. tr. 7. lege doctrinam Ref. 55. per tota.

RESOL. VII.

An teneamur omittere aliquod præceptum ad vitandum aliorum scandalum?

Sed difficultas est cognoscere, quando præcepta sunt prætereunda propter scandalum vitandum?

Et in textu huius Resolutionis multi casus adducuntur pro praxi prædictæ difficultatis. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 21.

§. 1. Negatiuè respondet Valquez opusc. de scandalis, art. 8. dub. 1. num. 4. Turrian. in 2. 2. tom. 1. disput. 96. dub. 1. Becanus in 2. 2. tom. 1. cap. 27. quest. 5. num. 2. Basil. Pontius de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 2. num. 7. Casirus Palautom. 1. tract. 6. punct. 16. num. 3. & alij. Probat hanc opinio ex Innocentio III. in cap. cum ex iniuncto. de noui operis nunciacione, vbi sic ait. Illa opera quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda; neque ea debent pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt; ergo ex mente Innocentij nullum præceptum neque affirmatiuum, neque negatiuum omittendum est propter scandalum, quod aliàs sine peccato committi non potest. Deinde vniuersique tenent magis habere curam propriæ, quàm alienæ salutis; & consequenter magis vitare proprium peccatum, quàm alienum, si vtrumque vitari non potest. ergo præceptum quod mihi impositum est ad vitandum proprium peccatum potius seruari debeo, quàm præceptum quod mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum. At præceptum de vitando scandalo proximi solùm mihi impositum est ad vitandum peccatum alienum, ergo non est seruandum, quando occurrit aliud præceptum, quod mihi impositum est ad vitandum peccatum proprium. Hæc ratio locum habet, quãdò est passiuum, quod ex præcepto teneor seruari (de quo hic agimus), tunc enim non debeo transgredi hoc præceptum ad vitandum peccatum alienum. Secus est quando passiuum aliorum scandalum oritur ex eo peccato; tunc enim duplici titulo teneor abstinere, tum ne ego peccem, tum ne alij meo peccato scandalizentur. Nec valet dicere quòd præceptum naturale magis obligat, quàm positiuum; ergo præceptum de vitando scandalo magis obligat, quàm præceptum confessionis, vel Baptismi, vel audiendi Sacrum. Hæc enim positia sunt illud naturale est. Respondeo, antecedens verum est.

Sup. hoc in Ref. seq. si gnatur in fine, sed lege eam per totam.

est, cæteris paribus. Nam quando utrumque præceptum tam naturale, quam positivum primariò refertur ad propriam meam salutem procurandam, vel ad proprium meum peccatum cavendum, tunc magis obligat naturale quam positivum respectu mei: si autem naturale primariò refertur ad cavendum alienum peccatum, & positivum ad cavendum proprium peccatum, tunc positivum magis obligat, quam naturale respectu mei. Hoc autem fit in proposito, ut ex dictis patet.

2. Verùm his non obstantibus affirmativam sententiam mordicus tenet Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 173, sect. 20. à §. 256. & seq. Valencia tom. 3. disput. 3. quest. 18. punct. 4. Suar. disput. 10. sect. 3. num. 9. Bañez in 2. 2. quest. 43. articl. 8. concl. 2. Tannerus tom. 3. disput. 2. quest. 6. dub. 9. num. 120. Gordonus tom. 1. lib. 9. quest. 16. cap. 5. §. 1. Emanuel Sà ver. auditio Missa, num. 3. Lorca in 2. 2. quest. 43. art. 8. num. 10. & alij. Vnde utramque sententiam probabilem esse puto. Prima verò magis mihi placet, maximè si præcepta sint positiva.

3. Sed si aliquis stare vellet in hac posteriori, difficultas est cognoscere quando præcepta sunt prætereunda propter scandalum vitandum, & in hoc doctè, ut semper solet, ita philosophatur Hurtado de Mendoza ubi supra §. 268. Quando præceptum est humanum, ex cuius omissione nullum aliud sequitur inconueniens in proximum, tunc est vitandum. Exempli gratia, si ego non possum audire Sacrum quin alicui præbeam occasionem grauis iracundiæ, odij, aut luxuriæ teneor abstinere à Sacro. Item si non possum ieiunare nisi præbendo alicui occasionem grauis peccati, teneor non ieiunare, huc enim spectat, *Misericordiam volo, & non sacrificium*; etenim si in misericordia corporali locum habet id, multò magis in spirituali, ad quam pertinet directe nihil efficere, vnde proximus ruat; quia licet Religio esset melior virtus, quam misericordia, tamen Deus non indiget nostris Religionis operibus, quæ possunt postea vsurpari frequentius. Eandem ob causam tenemur dimidiare confessionem imminente scandalo passiuo. Si verò ex omissione præcepti imminet aliud damnum graue proximo, non est prætereundum præceptum. v. g. si ego teneor opitulari alicui indigenti, & alius id videns sit arrepturus occasionem maledictiæ, aut alius peccati grauis, teneor opitulari indigenti, quia præceptum illi beneficiendi plus habet ponderis, quam præceptum vitandæ occasionis, quia propter alterius malitiam, iniquum est, ut alius patiat graue damnum, ob quod non probo, quod ait Bañez art. 8. non esse opitulandum feminae extreme indigenti, quando id non potest fieri, quin alij occasionem arripiant, aut sinistrè iudicandi, aut murmurandi, est enim immanitas ferina famelicæ morti permittere aliquem propter aliorum temeraria iudicia, maximè cum possit postea illa nota deleri. Eadem ratione deduces teneri coniugem ad reddendum debitum coniugale petitum ab altero coniuge, licet alij sint accepturi occasionem peccandi. v. g. in longa nauigatione, aut diuturno carcere, aut habitatione non ampla, si quis cum vxore degat, non potest illa inuita abstinere diu ab vsu matrimonij, quamuis aliquis adsit auditurus, & ex auditu sit Venerem illicitam concepturus. Ita ego teneor restituere homini, quæ sua sunt, illo petente, quamuis sciam illum eis abuturum ad peccatum. Si tamen sint arma, aut aliud instrumentum quo occisurus est alium, teneor tunc illud non dare, quia determinatè petitur ad rem malam. Idem dico de fortunis si commodè possum protrahere solutionem. Si verò sine graui damno proportionato non possum protrahere arma, neque fortu-

nas, possum illa dare, quia non teneor cum graui damno abstinere ab ea actione, quæ de se bona est, quia est actus iustitiæ, abusus autem illarum rerum est propter solam malitiam eas accipientis, quòd si non immeritò censent aliqui me posse licite dare mutuas pecunias amico eis abuturo, quando sine graui damno non possum illas negare, multo melius poterò illi restituere quæ sua sunt. Vltimò considerandum est has occasiones incidere per tempus breue, diuturnæ enim esse non possunt. Si enim Sacerdos timet ex concensu ciuium ad Sacrum orituræ contentiones, tenetur à Sacro abstinere biduo, aut triduo, donec seditionis pericula autoritate publica, aut alia ratione sedentur. Item si quis arrepturus sit occasionem peccandi conspecta femel femina, hæc femel, aut iterum debet abstinere à Sacro: at verò si alter diuturnus esset in eam depereundo, non abstinere tenetur à Sacro, sed potius illi interesse, quia peccatum proximi plus habet de malitia, quam de infirmitate, aut ignorantia, & hæc omnia docet Hurtado ubi supra, sed quia de hoc vltimo exemplo multi dubitant, de illo specialiter inquirendum videtur.

## RESOL. VIII.

*An mulier se scias se concupiscendam ab aliquo laico, teneatur non exire ad audiendum Sacrum? Ex p. tit. 7. Ref. 22.*

§. 1. **Q**uòd femel, aut iterum abstinere debet à Sacro, docet, ut visum est, Hurtado in fine superioris resolutionis, & Valencia tom. 3. disput. 3. q. 18. punct. 4. ait, Per aliquod tempus in tali casu abstinendum esse à Sacro. P. Suarez disp. 10. sect. 10. n. 10. quærens an teneatur mulier omittere Sacrum ad vitandum scandalum? Respondet interdum posse hoc licere, imò & esse necessarium, ratio tamen accedere hanc obligationem.

2. Verùm quia hæc res esset scrupulis plena, ego puto absolute nullam adesse obligationem, ut formata in tali casu non audiat Sacrum, & ita docet Cæstrus Pal. tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 16. num. 4. & Iacobus Granado in 2. 2. contr. 3. tract. 13. disput. 5. sect. 5. num. 28. ubi sic ait. Si cuiusmodi scandalum sit ex infirmitate, quia nimirum videns ab aliqua persona impleri aliquod præceptum, ad id imbecillitas est, ut accipiat occasionem ruinæ. Valencia ait esse obligationem omittendi per aliquod tempus executionem præcepti humani, vel Ecclesiastici, v. g. teneri feminam non audire Sacrum diebus festis, si quis eam videns acciperet occasionem desiderandi aliquam grauem impudicitiam, quia maior obligatio est vitandi scandalum, quam audiendi Sacri, cum illa sit naturalis & diuina, hæc non nisi Ecclesiastica, addit tamen non esse feminam ad id obligandam per multum temporis, v. g. per vnum annum. Hoc tamen mihi non probatur, quia vniuersique habet ius ad faciendum quæ non solum sunt bona, sed etiam obligatoria, præteritum sub graui præcepto, ergo non tenetur ab illis abstinere, ut euitet culpam alterius. Confirmatur, quia non magis tenetur quis ad vitandum hoc scandalum, quam ad implendum beneficium correctionis fraternæ; sed nemo tenetur non implere præceptum iuris etiam humani, ut corrigat, imò alia minoris momenti deobligat ab eiuismodi correctione, ne; ergo neque ut euitet scandalum. Ita Granado, & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Azorius tom. 2. lib. 12. c. 18. quest. 12. & Valquez opuscul. de scandalo, quest. 43. art. 8. dub. 2. n. 17. & docent omnes DD. qui putant præceptum non esse præterminanda propter scandalum.

RESOL.

RESOL. IX.

An femina ornans se secundum consuetudinem patriæ, si sciat ex hoc ornari lascivè ab aliquo amari, peccet mortaliter se ornando, vel de domo exeundo?

Et quid, si ornatus esset superfluis, & maximus, dummodo sit secundum morem Patriæ? Ex p. 2. tr. 25. & Misc. 1. Ref. 30.

Respondeo negatiuè. Ita Azorius p. 2. l. 12 c. 18. quæst. 11. Ratio, quam adducit, est, quia taliter se adornando vitur iure suo. Eandem sententiam docuit Caiet. in 2. 2. quæst. 169. a. 2. ad 5. dubium. Sanchez ubi infra, n. 17. Bonacina, & nouissimè Petr. de Lorca p. 2. tom. 2. quæst. 73. art. 8. ubi ait: [Effectum per accidens, etiam si sit præuultus, dummodo non sit formaliter intentus, non imputari, ostendunt multa exempla. Si videlicet mulier ornent se, vt placeat marito, vel vt procedat iuxta consuetudinem patriæ, etiam si præuideat se ab aliquo turpiter amandam, non tenetur abstinere, neque imputatur illi: & ratione id probatur, quia quando effectus sequitur per accidens, etiam si præuultus sit, non est virtualiter intentus, nam virtualiter intentum in causa intenditur, causa autem per accidens, non est simpliciter causa, neque continet effectum, vt in ea dicatur volitum. Et certè esset graue iugum, & animas mille laqueis implicare, si teneremur vitare effectus per accidens præuultus. Hæc ergo habenda est regula generalis, vt ille effectus non augeat malitiam, neque imputetur, qui sequitur per accidens, etiam si præuultus sit, dummodo non sit formaliter intentus.] Hæc Lorca. Vide etiam illum, quæst. 20. a. 5.

2. \* Ex his oritur & soluitur alia dubitatio, quid dicendum de femina domo sua exeunte, cum videat se lasciuè concupiscendam ab amasio? Noster P. Megal. in 1. part. lib. 4. cap. 6. num. 9. & Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 96. dub. 2. Becan. in 2. 2. tom. 1. c. 27. quæst. 6. num. 4. distinguunt; nam propter scandalum futurum ex malitia alterius, non debet talis femina domi manere, sed exire potest, vel ad audiendum Missam, quando non est in præcepto; vel etiam alicuius recreationis gratia: sed si sciat quòd proximus peccat ex fragilitate, puta ex magna ratione amoris erga illam, vel quid simile, tunc tenetur mulier se occultare, & nec etiam ex vilitate domo exire, si aliter proximi scandalum sedare non potest. Concordat ex parte cum Megala, & Turrian. Martinez in p. 2. q. 20. a. 6.

3. Secunda opinio est D. Antonini, Medinae, Cordubæ, Lopez, Zumel, & aliorum apud Sanchez ubi infra, num. 16. & Filluc. in quæst. mor. tom. 2. tract. 28. c. 10. num. 232. qui asserunt eam peccare mortaliter, si exeat domo, sine vlla necessitate, sed ex curiositate, indifferenter hac, vel illac discurrendo, non autem si hoc faciat ob causam necessariam, vt inuisendi vicinas, seu affines, ne minus vrbana habeatur, vel eundi ad Ecclesiam, &c.

4. Tertia opinio, cui tanquam probabiliori adhaereo, est Caiet. in 2. 2. quæst. 69. a. 2. ad 5. dubium, quem postea sequuti sunt recentiores aliqui vt præter alios Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 17. & Bonac. tract. de leg. disp. 2. quæst. 4. punct. 2. §. vnic. num. 27. & tract. de matrim. quæst. 4. punct. 9. num. 17. qui asserunt fœminam in tali casu non peccare, non enim tenetur sua se libertate priuare egrediendi domo, standi ad ostium domus, vel fenestram, discurrendi per ciuitatem, &c. Et ratio est,

quia etiam si ita faciendo daret occasionem amasio ad concupiscendum, tamen ista occasio potius prouenit ex ipsius amasio malitia, & idèd est occasio ab ipso accepta, & non à muliere data, quæ iure suo & libertate sua vitur, & iste effectus, vt supra diximus de muliere ornante se, prouenit per accidens, & licet sit præuultus, non tamen est intentus, & ideo non debet ad culpam imputari.

5. Limitanda tamen est hæc doctrina, nisi fœmina, data opera, se offerret conspectui adolescentis, illius amoris conscia, etsi illum non intenderet. Secus autem si hoc faciat, vt diximus non solum propter aliquam necessitatem, seu vtilitatem, sed etiam propter hoc solum, ne videlicet se priuet, sua libertate, & iure exeundi domo; Ex hi omnibus mihi olim rigida visa est cuiusdam confessorij relictio, qui noluit absoluerè mulierem nobilem, quæ in cursu solebat ambulare, secundum morem patriæ, cum aliis fœminis nobilissimis; quia ita se præbebat concupiscendam adolescenti, à quo sciebat se turpiter amari, non enim tenebatur propter malitiam amasio priuare se iure & libertate 1. 1.

6. Adde quòd exire domo iuxta morem patriæ, ab Azor. p. 2. lib. 12. cap. 18. q. 12. connumeratur inter causas iustas, quas habent mulieres in hoc casu domo egrediendi. Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Med. p. 2. quæst. 20. a. 5. Aluar. etiam in p. 2. q. 73. art. 8. & tandem Suarez de char. disp. 10. sect. 4. num. 1. ubi asserit, fœminam non peccare, etiam si lequatur scandalum, adornando se, dummodo ornatus sit moderatus, & decens, secus si esset superfluis, & maximus. Sed ego potius non peccare, etiam si esset superfluis, & maximus, dummodo sit secundum morem patriæ, & de se non sit quasi prouocatiuus ad malum. Vnde bene asserit Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 96. dub. 2. §. ex traditis. ornatum non habere speciem mali, quantumuis illustrem, si sit iuxta consuetudinem patriæ fœminarum, quæ honestæ sunt; secus si esset peculiaris habitus meretricius.

Sup. hoc supra per se ornari lege infra §. Nota v. Ref. 11.

RESOL. X.

An femina teneatur non se ornare, & in publicum non exire ad euitandum aliorum scandalum?

At vero, si hoc vult facere cum peccato veniali ostentationis inanis, quaritur, an in hoc casu contrahat malitiam scandalum?

Et an excusentur fœmina à peccato, videntes ornata, quæ nuda pectora, & mammillas ostendunt, si fiat hoc secundum morem patriæ, & absque vlla mala intentione? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 31.

§. 1. Ad hunc casum respondet Iacobus Grando in 2. 2. D. Thom. contr. 3. tract. 13. disput. 5. sect. 5. num. 31. ubi sic ait. Dubitant DD. vtrum peccet fœmina, quæ se ornât, si nouerit inde alios sumptuos pro sua fragilitate occasionem concupiscendi illam? Nonnulli, quos tacito nomine refert Emanuel Sæ verb. Ornatus, num. 1. asserunt esse mortale. Nauarrus, verò in summa. cap. 14. num. 37. distinguere videtur; si enim nesciat, vel non aduertat mulier se ab aliquo determinato concupiscendam, ait non peccare lethaliter licet indeterminatè & vagè nouerit aliquem futurum, qui occasione sui aspectu peccet. Secus verò si in particulari personam cognosceret, & quidem si ornatus esset valdè nimius, & præter patriæ consuetudinem, non foret excusanda fœmina à mortali, si crederet se fore alicui occasiorem lapsus, nec hac in parte quidquam refert quòd

Sup. hoc in Ref. præterita.



in particulari cognoscatur, vel ignoretur, quæ persona sit inde sumptura occasione peccandi ratio enim utrobique eadem est, quia nimirum ornatus ille illicitus est, & ad quem femina non habet ius; aliunde est grauis culpa occasio; grauius ergo lædit charitatem sic se ornado. Si verò ornatus esset honestus, ille nimirum qui in patria, vel regione consuetus est, non peccat femina illum gestando, licet sciat futurum alicui determinatæ, vel vagæ personæ occasionem ruinæ, dummodo ruinam ipsius non intendat. Sic sentiunt Caietanus, Sà, Azorius, & Nauarrus in *summa* cap. 23. nu. 18. Nemo, inquit, peccat ornando se etiam splendide pro sui status decencia, & morte regionis, modo illi bono fine faciat, imò meretur licet alius, vel alia ad eius concupiscentiam per accedens alliciat. Probat, quia femina habet ius ad indumenta illa quæ sunt iuxta consuetudinem patriæ, & oppositum foret illi valde graue, ergo sua uis lex charitatis non obligat illam, ut cum tanto detrimento euitet peccatum illicitæ concupiscentiæ alterius. Et sanè si oppositum esset verum, dammandus absolute foret feminarum ornatus, & frequentes illarum ingressus in templa, & alia honesta loca, cum valde verisimile sit in tanta fragilium hominum multitudine esse aliquos, qui inde lumunt occasionem peccandi quippe quibus multo minores occasiones sufficere possunt, & solent. Addit præterea Caietan. & merito quidem, licet femina in prædicto ornatu aliquando peccet propter iactantiam, aut alium eiusmodi finem, non propterea peccare peccato scandali, dummodo non intendat, ut supponimus, ruinam aliorum, quia prædictus iactantiæ finis non reddit ornatum magis scandalosum. Hæc Gr. nado.

2. Sed ego magis clarè rem explicabo. Dico igitur quòd quando femina timet ne à persona particulari ametur, lateat, teneri cauere à publico, & abstinere ab actione occasionante alicui ruinam, quando potest absque graui proportionato damno, quia tenetur vitare aliorum peccata, quando commode possumus. Vnde deducendum est peccare feminam euntem in hoc templum ad Sacrum, in quo est aliquis à quo turpiter ametur, quando commode potest aliud templum adire eo periculo vacans; item quando it per hunc vicum, potens commode ire per alium. Quando audit sonitum equi vehentis amatum, & ipsa se absque necessitate dat in fenestra aspiciendam; quando verba facit coram amatore, quibus ille sit accendendus, si potest absque specie inurbanitatis tacere. Quando item domo egreditur, sciens eam expectari spectandam, si nulla tunc sit necessitas. Ita docet Castus Palauus tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 7. num. 4. & Hurtado in 2.2. disput. 173. sect. 31. §. 404. qui tamen optimè, ut semper solet, §. subsequenti docet, quòd quando sine graui & proportionato damno non potest illas actiones vitare, quòd tunc non tenetur in publicum non exire, & ab his abstinere, quia tales occasiones sunt valde remotæ, & generales, ex quibus oritur peccatum ex malitia potius scandalizati, quam feminae. Vnde hinc deducens non teneri feminam, nec licet posse abstinere diu à Sacris, nec teneri carere diu publico, nec abstinere à fenestris longo tempore, nec non esse ad domus suæ ianuam, nec priuari amicum consuetudine, rusticatione, & aliis oblectationibus, sine quibus vita degitur molestè; itaque semel, aut iterum, paucisque vicibus id tenetur efficere, quia sine molestia graui potest; dixi autem non tenetur, quia esset valde molestum, & scrupulis plenum.

3. Non desinam hinc adnotare etiam Layman lib. 2. tom. 3. cap. 13. num. 11. quest. 13. excusare feminas videntes ornatum quo nuda pectora & mammillas ostendunt; si fiat hoc secundum morem patriæ, &

absque mala vlla intentione. Vide etiam circa præsentem questionem de ornatu mulierum Suarez disp. 10. sect. 3. n. 10. Gordonum tom. 1. lib. 6. quest. 16. cap. 5. §. 2. n. 15. Sanchez in *summa* tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 17. & Layman loc. cit. vbi ex Lessio lib. 4. cap. 4. num. 110. ponit hanc regulam, quòd quando aliquid non est per se malum, sed indifferens, excessus in vlu illius (posita omni malitia extrinseca) non est nisi peccatum veniale, & ideo excessus in corporis ornatu considerata qualitate personæ, loci, & erit tantum peccatum veniale.

4. Sed non desinam pro coronide huius resolutionis apponere hic pro curiosis pulchrum dubium. Femina, ut dictum est, non tenetur lege charitatis abstinere ab ornato & fuce, ita ut illi liceat se ornare & comereat; vult hoc facere cum peccato veniali ostentationis inanis; queritur an in hoc casu conuincatur malitiam scandali? Negatiuè respondet Salas in part. 2. tom. 2. tractat. 13. disp. 5. num. 132. Zamel in part. 2. quest. 73. art. 8. dub. 2. concl. 3. & Hurtado de Mendoza in 2.2. disput. 173. sect. 24. §. 299. vbi ait: Alienum peccatum mihi non imputatur, quando sequitur ex meo facto, cuius substantiam ego non tenor vitare lege charitatis, ut constat proposito exemplo; femina enim non tenetur abstinere tunc substantiam ornatus, ut pono: ergo peccatum alienum occasionatum ex illa substantia non potest imputari feminae; quia illa non tenebatur vitare hanc occasionem: quòd verò femina peccauerit prauo fine, nihil refert scandali passui, quia ille non fuit ornatus ex prauo fine, sed ex operis substantia. Vnde nullum peccatum feminae fuit causa alterius ruinæ. Si verò ratione circumstantiæ malæ tenebatur femina vitare substantiam ornatus independentem ab scandalio alieno, tunc ei vitio vertetur, v.g. si ex temporis circumstantia, aut ex mariti præcepto, aut ex voto tenetur femina abstinere ab ornato; tenetur etiam ex præcepto charitatis, quia tunc ex eius peccato, ut peccatum est, oritur alienum scandalum, oritur enim ex substantia ornatus hic & nunc, quem hic & nunc tenebatur vitare. Hæc Hurtado: ex quibus non videntur admittenda ea, quæ docet Alphonsus de Leone de officio Confess. tom. 1. recollect. 7. §. 1. §. 1. §. 371. recognosce illum; & ex dictis ab Hurtado ad suas rationes respondebis.

## RESOL. XI.

An ubi adeest consuetudo, quod mulieres incedant pectore nudato, hoc non obstante, peccent mortaliter?

Et an principes, & Episcopi sub peccato mortali teneantur talem consuetudinem ex stirpare: & an tales Femine à Sacra Synaxi repellenda sint?

Et an mulier ita superflue ornata, & passim nudans pectora, & si nollet ornatum deponere, possit nihilominus absolui in confessione?

Et an in hac insueti pectoris femina nuditate possit dari lenitas materiæ?

Et notatur ornatum mulierum superfluum, & immoderatum esse illicitum, sed aliquando cum peccato veniali, aliquando vero cum mortali.

Et an excessus ornamentorum immoderatus in peccato sit peccatum lesbale.

Et an saltem peccent mortaliter Femine videntes vestibus priuatis, & odoriferis?

Idem est dicendum de ornamento superfluo, & immoderato virorum.

Et tandem queritur, an semper peccent mortaliter feminae, si incedant pectore nudato, ubi non est talis

talit mos incedendi? Ex p. 10. tr. 12. & Mil. 2.  
Rep. 30.

§. 1. Non defunt Doctores absolute asserentes, mulieres incedentes p. ctore nudato, peccare mortaliter. Ita Summa Angelica, verb. *Ornatus* num. 3. Pisanella eodem verb. num. 3. Rosella, n. 13. D. Antoninus in *Summa* par. 2. tit. 4. cap. 5. §. 3. Sed ego olim contrarium docui, quando iuxta morem Regionis nudo pectore mulieres incederet; & sic docet Caietanus in 2. 2. *quest. 169. artic. 2.* vbi sic ait: pectus à mulieribus decoris gratia nudum alicubi defertur, ac per hoc ad ornatum reducit pulchritudinis, quòd etiam ornatus talem habens conditionem, scilicet nudati pectoris iuxta Patrie morem, non est secundum se mortalis. Et addit, viros nuditate pectoris mulierum diueri à maioribus criminibus. Et in *Summa* verb. *Ornatus*, cap. 4. ornatum mulierum monstrantium media vbera, in remedium, ne peiora fiant, introductum asseuerat. Idem docet Armilla, verb. *Ornatus*, num. 1. §. 4. Nauarrus in *Summa*, c. 23. num. 19. Sanchez, de *Matrim.* tom. 3. lib. 9. disp. 46. num. 26. Filiucius, tom. 2. tract. 30. cap. 10. num. 220. Grassius in *Decis.* lib. 2. cap. 76. num. 2. Lessius lib. 4. cap. 4. dub. 14. num. 112. Azorius, par. 2. lib. 12. cap. 18. §. 13. quibus adde Trullench, in *Decal.* tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. num. 21. & vbi infra.

2. Verùm his non obstantibus, nouissime doctus, & eruditus Pater Albertus de Albertis, ex Societate Iesu *Paradoxa moralia de ornatu mulierum*, disp. 2. c. 1. per totum, latissime conatur probare primam sententiam, nempe mulieres nudato pectore incedentes, peccare mortaliter; qui etiam putat Principes laicos, & Episcopos sub peccato mortali tenentem talem consuetudinem extirpare; & tales feminas esse à sacra Synaxi repellendas; & sententiam supradictorum Auctorum, qui liberant huiusmodi mulieres à peccato mortali ex more Patrie, probabilem ex principio saltem extirpatione non vult admittere. Et in fuorem Patris Alberti, ego hic adducam auctoritatem inelyti Doctoris Sorbonici Andree Duallij in 2. 2. *D. Thoma tract. de Charitate*, q. 19. a. 5. vbi sic ait: difficultas est de ornatu virginum, & mulierum, an scilicet ipsae debeant eum omittere, & relinquere, ne aliqui eas inspiciendo labantur in peccatum; sed sciendum est, ornatum illum multibrem esse duplicem; vel enim est moderatus, statui conueniens, & mediocritatem pro ratione temporis, loci, & conditionis seruans; & hunc non tenetur mulier deponere, etiam si forte aliqui propterea cadant in peccatum: vel est immoderatus, & immodestus, ut quando mulier nudato toto pectore incedit per Verberem, aut alia loca: in quibus promiscue viri similiter incedunt; & hic ornatus est ab iis deponendus, & omittendus: quia probabiliter constat ipsis mulieribus aliquos ex earum in tali statu aspectu, cogitationes, & desideria obscena, & nociua concepturos, & certe talis ornatus non est opus indifferens, sed re ipsa malum; quia, ut inquit Poeta: *Vi vidi, vi pevi, sic me malus abstulit error, Illa fuit mentis prima ruina mea.* & sic merito dicebat Iob: *Pepigi fedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* Dices, virginem posse ornamentis illis cum excessu aliquo vti ad hoc, ut ex multis quorum oculis placebit, vnum ex illis pro viro sortiri possit; & ad illud ius videtur, sicut & ad matrimonium habere. Respondet, virginem illam propterea non debere vti habitu immodesto; & immoderato, si quidem pro suo commodo, nempe pro viro sibi querendo, multa mala committeret; ideoque ex iure, quod habet ad Matrimonium, tantum sequitur, eam posse se

conuenienter suo statui, & conformiter aliis suae ciuitatis virginibus, ornare, & sic ornatum conari placere oculis virorum nubere volentium. Caietanus tamen, q. 169. art. 2. & Nauarrus, cap. 13. *Enchiridij* num. 19. putant hunc ornatum immoderatum, & insolentem, esse tantum peccatum veniale, ratione excessus pugnantis contra virtutem modestiae: non autem ratione scandalii, quia ex tali ornatu non magis causatur ruina proximi, quam ex pulchritudine naturali, quae omitti, & deponi nequit: igitur sicut ruina proximi spiritualis; oritur tantum per accidens ex illa pulchritudine, sic etiam ex illo ornatu superfluo, per accidens duntaxat sequitur. Ex quo concludunt aliqui mulierem ita superflue ornata, & potissimum nudantem pectus, etsi nolit eum deponere, posse nihilominus absolui in confessione; quod tamen ego nollem, siquidem mulieres ita superflue ornatae sunt infallibiliter in laqueum & ruinam multorum, praesertim verò cum ad hunc ornatus excessum nullum ius habeant, neque illis onus aliquod imponitur, si eisdem dicatur ad ruinam proximi praecauendam, eo vti non posse, sed solum eo, qui est eorum statui conueniens, Hucusque Duallius, sententiam Patris Alberti sequens.

3. Sed adhuc ego non audeo sententiam Caietani, Lessij, & aliorum, vbi supra nota improbabilitatis inurere, quam nouissime tuetur Trullench in *Decal.* tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 13. num. 21. vbi sic ait: Nec peccat mortaliter mulier sic ornata ut media vbera monstrat secundum Caietanum, verb. *Ornatus*. Si fiat secundum morem Patrie, & absque vlla intentione deprauata; qui addit: Verum tamen, vbi consuetus iam est, sine peccato videtur, & in remedium, ne peiora fiant, forte introductus: esset tamen peccatum mortale introducere huiusmodi morem, quia insolita magis mouent, & excitant. Ita ille.

4. Nota tamen, stando in sententia Patris Alberti in hac inueta pectoris femineae nuditate, dari posse leuitatem materiae, ut si qua mulier infra radicem colli pectus crassitie vnius tantum digiti aperiat; non putarim eam mortaliter delinquere. Ratio est; quia talis nuditas non videtur per se esse notabilis, quae ad libidinem notabiliter incitet; & huiusmodi ferè est ea, ut vulgo appellatur *Scollatura*, quae Mediolani ab aliquibus vituperari cepit, medicissime infra collum, coronae instar ambiens, ac patens; nihilominus à Confessariis, & à Concionatoribus aliisque Animarum Pastoribus, & Religiosis omnibus strenua opera danda est, ut huiusmodi quoque *Scollatura* penitus tollatur, quia alioqui contagio vanitatis paulatim serpit, & ab vno digito *Scollatura* ad duos, hinc ad tres, & ultra, donec pectoris notabilis nuditas cernatur facile proceditur, & periculum ingens est, ne de veniali *Scollatura*, in lethiferam nuditatem pedentim incidatur. Addit etiam huiusmodi *Scollaturam* posse per accidens notabilem euadere: nam si immodicus ornatus aliàs, nec dum notabiliter libidinem prouocabat, fieri potest, ut addita *Scollatura* iam notabiliter prouocet, atque ita *Scollatura* efficaciam ornatus immodici ad malum allicientis expleat, quanquam non est mortalis, nisi efficacia superaddita ex *Scollatura* & alio cultu immodico sit notabilis. Quamobrem, tantò magis, haec etiam *Scollatura* detestanda, tanquam culpae quoque mortiferae subinde occasio. Haec Albertus vbi supra.

5. Nota etiam, quod stando in opinione Caietani, & aliorum Doctorum, peccarent mortaliter mulieres, si incederet nudato pectore, vbi non adest mos sic incedendi; & ego testor quòd non adest Panormi, An adit Romae? Pater Albertus, & Pater Pallavicinus asserunt

Sup hoc ibidem §. Ex dictis.

Sup hoc ibidem §. Nota vero, & seq.

asserunt; mihi autem non est compertum: nam licet hic Romæ viderim aliquas mulieres incedentes nudato pectore, & mammillis, credo quod non obliuiscatur à maiori parte, quæ constituit moiem, & consuetudinem, vt ipsemet Pater Albertus me citato docet *cap. 4. num. 6.* Idem non audeam sententiam Caietani & aliorum hic Romæ dictis mulieribus applicare.

6. Notandum est etiam ornatu mulierum immoderatum esse illicitum, aliquando veid cum peccato veniali tantum, aliquando cum mortali; quod egregie declarant in casibus particularibus Lessius *de Inst. lib. 4. cap. 4. dub. 14. num. 110. cum seq.* Sed difficultas est, an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale? Affirmat. Suarez, *de Charit. disp. 10. seq. 3. n. 10.* Filiucius, *tom. 2. tract. 30. c. 10. num. 121.* & alij. Sed seposita alia prauitate, esse tantum peccatum veniale docet Caietanus, Lessius, & ex illis Pater Albertus, *disp. 1. c. 4. n. 11.* & huic sententia ego adhareo.

7. Nota vero, quod quando ego dixi *in part. 2. tract. 15. resol. 30.* Fœminam non peccare in ornatu superfluo, intellexi de peccato mortali, non autem de veniali, vt ex alibi à me dictis, colligi poterat, licet aliquando etiam in ornatu superfluo adesse peccatum mortale existimo; proptet patet in Casibus appositis à Lessio loco cit. Et idem nouissime Rocaful. *in Decalog. præcept. 6. lib. 4. cap. 6. numer. 2. 56.* sic ait: Dubitabis an saltem peccet mortaliter vtendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Respondeo non esse peccatum mortale, nisi hoc fiat causa incitandi ad libidinem, aut nisi adfit lex aliqua particularis prohibens hoc sub mortali. Ratio est, quia videtur esse magna inordinatio: non excusatur autem à veniali ob superfluum ornatum. Ita ille.

8. Nota, quod post hæc scripta inueni sententiam Patris Alberti docere etiam Petrum Marchant. *in Tribunali Sacrament. tom. 3. tract. 2. tit. 2. quest. incident. resol. 30. §. 1. regul. 1. fol. 30.* vnde in gratiam vti amicissimi verba Patris Marchant. hic apponam; sic itaque allerit: Quandocumque forma, vel figura vestimenti, siue ornatus obiectiue, iuxta ordinariam hominum infirmitatem, est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis, illis vestibus, vel ornamentis vti, est ex natura sua peccatum mortale. Ratio est, quia qui similibus vtitur, censetur dare causam peccati natura sua mortalis. Dixi (quando est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis) in hoc enim consistit ratio pompæ Satanæ: tentat enim per illa Satanæ, & ad libidinem inducit. Tunc autem censetur excitatiua libidinis, quando nuditas aliqua magna apparet, vt est videre in illis, quæ pectus apertum gerunt, etiam mammillis ex parte discooperitis. Item quando, etsi non sit plena nuditas, apparentior tamen caro redditur delicatulo, & transparente lino: Vnde & in Isaia Theristra cum aliis vestibus damnantur; Theristra autem sunt transparentes, & persucidæ vestes, quæ non tam nuditatem tegunt, quam curiosius parere membra corporis faciunt. Denique huc referenda sunt, quæ siue ex positione, siue ex modo, libidinis alicuius speciem immittunt, vt de viris, qui ita strictas vestes gerunt; vt partes etiam verecundæ, si non discooperitæ, secundum tamen aliquam apparentiam pandantur, vt explicat Angelus *vers. ornatus, & c. n. 2.* Dixi (iuxta ordinariam hominum infirmitatem, id est, iuxta communem hominum sensum, communemque naturæ fragilis inclinationem, id est, vt excludamus singularem personæ tentatæ, vel afflictæ miseriam, quæ omnia sibi mala fingit, omnia interpretatur in malum, & propria tantum phantasia ruit: neque enim homines tenentur ab ordinariis abstinere propter ex-

traordinarias aliquorum phantasias. 2. Vt euitentur communes mundanorum excusationes, quibus dicunt, se malum non intendere, sed libertate sua vti; culpam autem eorum esse, qui turpibus se illaqueant imaginationibus, aut moribus prauis. Hæc sane excusationes in peccatis sunt: Quicumque enim libidininoso, ad libidinem excitante vellimmo, vel ornatum vtentes, se oculis videntium velut profituum, ostendiculum, quantum est ex se, ponunt; quod tantum communi Charitate auferre tenentur, sed etiam Christiana professione, & obligatione, quæ pompis Satanæ se abrenunciare professi sunt. Vnde fortè excusatio magis solida est: Quia dicunt, mulieres maritatas debere, vel posse vti ornatu quocumque, vt maritis suis placeant. Sed esto placere debeant aliquo ornatu an modestum Christianam fore sobrietatem excedente: an libidinosa? An ad libidinem excitante? Respondeo, igitur primò licere de factis mulieri Christianæ aliquo ornatu vti, qui a mortuo mariti, aut conseruet, aut etiam alliciat, & hoc coram marito. Respondeo secundò. Non licere mulieri, aut viro in publico vti vestitu, vel ornamento libidinoso, vt sibi inuicem placeant. Ratio est. Quia indulgentia illa, qua permittitur aliquis leuis excessus, vt sibi inuicem placeant domestica est; & ad mutuas personas tantum refertur, illique diuites, velut terminis clauditur: Neque enim illis permittitur, vt alienis oculis obiecta impudicitie exponant, & suam libidinofam inclinationem mundo profituant. Addo, nec iuste, nec rationabiliter vnum posse velle, vt vxor alienis oculis placeat, vel alios affectus ad se alliciat; nec vxor id vno suo permittere potest: Honorabile (inquit Apostolus) conubium in omnibus, & thorus immaculatus. Quomodo honorabile, si ei omnis honesti limites excedere permittitur? Quomodo thorus immaculatus, cui non sufficit domestica libido, nisi etiam alios inficiat? Dixi in Regula notanter (est ex natura sua peccatum mortale.) Potest enim fieri veniale ex puritate materia, ignorantia, indeliberatione, vel aliqua circumstantia excusante, v. g. coactione mariti, de qua S. Augustinus ad Ecditiam supra: vbi excusat Ecditiam, si maritus ad indecentem illum compulset ornatum: Quod si (inquit) aliqua dum ex conditione cogereris, posses habere in superbo cultu cor humile. Et adfert exemplum de Hester. Adverte tamen semper, etsi mulier teneretur obedire marito ad gestandum habitu ornatu aliquem excessum vanitatis, & superbiæ, non posse tamen obedire ad gestandum habitum in publico ad lasciuam propocantem, quia siue ex se, siue ex obiecto, & circumstantia malum est; alterum autem tantum ex accidenti, vt statim dicemus. Et sententia hæc modo explicata, est omnium Auctorum: pertinet enim habitus libidinofus ad impudicitiam, quæ ad Galat. 4. excludit à regno Dei. Vnde etsi inueniantur aliqui Doctores cum S. Thoma 2. 2. *quest. 169. art. 2.* excusantes interdum fucos, & vanitates mellebiti ornatus à peccato mortali, quatenus ob aliquam circumstantiam non videntur ita periculosa esse: nihilominus nullus libidinofus habitus vnum vnquam excusauit à peccato mortali. De ratione autem libidinofis, & inhonesti habitus penes Doctores iudicatum sit. Malo ego stare iudicio Scripturæ, Conciliorum, & Sancto: um Patrum, quam speculatiuis quibusdam considerationibus parietem linire abique respectamento. Vnum mihi certum est, & omnes concedunt: Quod quidquid inuentum est ad libidinem, illo non licet vti, & iuxta rationem inuentum grauioris peccatum esse mortale. Iudicet æquus rerum arbiter quid de vestimentis, quibus & nuditates præter rationem honesti apparent, vel quibus nescio

Quæ hic est supra Ref. 9. §. vt ad medium, sed lege eâ à principio, & alia eius prima annor.

quæ energica libidinis species ingeritur oculis spectantium, dicendum sit: etiam si enim ex intentione non fierent, cum ex obiecto rei, & infirmitate humana soleat istis libido moueri, iudicet, inquam, quomodo iste ornatu ab impudico possit separari, aut in iudicio Dei, & conscientie excusari: Et hæc omnia docet Marchant. *vbi supra*, quæ nimis, vt cor, plausibilia erunt nostro carissimo, & pio Patri Alberto.

9. Verum in Compendio Patris Layman edito Moguntia 1637. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 11. Ita habetur: Mulier peccat mortaliter, si sciat aliquem lapsurum in mortale ob aspectum eius, & pulchritudinem luxu vestium; item si habitus eius sit torpis, & per se, ac directe ad libidinem prouocans; item si inducat morem nudo pectore incedendi, secus si sit modesta. Ita ibi, quod mihi placet.

## RESOL. XII.

*An femina Nobilis possit Choreas ducere, si timeat aliquem in particulari arrepturum occasionem peccandi? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 25.*

§. 1. **P**ro decisione huius casus adducam hic verba Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 173. sect. 29. §. 319. *vbi sic ait*: Choreæ non sunt de se illicitæ: possunt enim honestissime duci etiam inter personas diuersorum sexuum, vt contingit in Principum anlis, & Nobilium domibus; *vbi* Principes feminæ, & honestæ matronæ choreas ducunt, quin iuste possit eas aliquis damnare peccari. Vnde quando ipse honesto motu pedes referunt ad numeros, si timeant aliquem vage & confusè accepturum occasionem ruinæ, non tenentur abstinere ab illa actione quia ille timor est communis infinitis rebus, à quibus non propterea tenemur abstinere; nihil enim est, quo non abutatur hominum prauitas. Si verò aliqua femina pudenter timet aditare aliquem in particulari accepturum occasionem ruinæ, distinguendum est, si non potest, nisi incommodè abstinere à chorea, non tenetur abstinere. e. g. si femina prouocetur à viro nobili, qui in iniuriam referret, nisi femina prodeat; & aditantes habebunt occasionem malæ suspitionis, si verò commodè potest, tenetur abstinere, si alius peccat ex passione: si autem ex malitia, & potest sine aliquo incommodo id vitare, tenetur; at verò non tenetur se priuare oblectatione illa honesta, & communi aliis feminis propter alius malitiam, aliquando verò tenetur propter passionem. Malitia autem colligitur ex diuturnitate, passio enim non multum durat, sed ardet subito occasione aliqua de repente fomitem suggerente. Ita ille, & ego.

## RESOL. XIII.

*An sit licitum feminis uti vestibus virorum? Et quid è contra? Ex part. 5. tract. 7. Ref. 32.*

§. 1. **A**d hunc casum ita respondet Syluius in 2. 2. D. Thom. quest. 169. artic. 2. ad 3. *vbi sic ait*. Aduerte de se vitiosum esse, quòd mulier vtatur veste virili, aut è conuerso, partim quia per se indecens est quòd mulier mentiatur se virum, aut quòd vir mentiatur se mulierem: partim, quia talis commutatio est incentiuum concupiscentiæ, & præstat occasionem oculis libidinibus. Vide Ulem. Alexand. lib. 3. paragog. cap. 3. Non tamen ita est de se vitiosum, quasi sit per se, seu natura sua malum, sicut mendacium, fornicatio, & alia huiusmodi, sed quia

est de numero earum actionum, quæ absolute consideratæ deformitatem, seu inordinationem quamdam important, ac nihilominus circumstantiis quibusdam aduenientibus bonæ efficiuntur, de quarum numero S. Thom. quodl. 9. art. 15. dicit esse habere plures præbendas. Est ergo de se vitiosum, quia speciem mali habet, ac nisi per bonam aliquam circumstantiam iustificetur veri nominis, peccatum est. Hinc est quòd D. Thom. *presenti articulo*, scribit illam vestium sexui propriarum mutationem posse aliquando fieri absque peccato, veluti propter necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud huiusmodi. Si autem absque simili causa fiat solùm ex leuitate, & absit tam scandalum, quàm intentio periculùmque libidinis, peccatum erit veniale, mortale verò si sit intentio, vel periculum lasciuie, aut alioquin notabile scandalum. Hæc Syluius.

## RESOL. XIV.

*An sit licitum in diebus festis occupare puellas in faciendis Recamaturis?*

*Ex quo deducitur, an pictura sit opus seruale? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 15.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Armilla *verb. festum*, num. 21. Azorius *part. 2. lib. 1. c. 27. q. 6.* & nouissimè Author *Casuum conscientie Bononiæ* discussorum anno 1635. mense Martio, *casu 2.* *vbi sic habetur*. Valde probabile est Casum non peccare occupando suas puellas diebus festiuis in faciendis Recamaturis, vt artem addiscant: tum quia eas occupat in re quæ non est ita seruilis, vt sit omnino seruorum propria; sed est, quamuis mechanica, ita tamen nobilis, vt à qualibet libera, & ingenua persona absque seruitutis nota exerceri possit, & de facto multæ sunt nobiles femine, quæ huiusmodi arte delectantur, eamque sæpissimè frequentant, cum sit ars persimilis arti pingendi, quæ à pluribus non vulgaribus Doctoribus æstimatur ars liberalis, cum pingere nihil aliud sit quàm lineas ducere, colores apponere, ac dispositis artificiose coloribus figuras inducere, quæ hominem etiam liberum ac nobilem non dedecent. Tum quia non minus personæ in pingendo cum acu, quàm studiosi literarum in studendo quadam animi voluptate capiuntur, ac detinentur, quòd signum est artem istam, si non est omnino liberalis, certè ad liberalem valde accedere, quippè quæ ad animum recreandum instituta sit liberòque animo non indigna, vt est pictura, neque enim implicare videtur aliquibus idem opus esse seruile & non seruile variatis circumstantiis, vt de pictura refert Bonacina. Tum denique quia non minus licitum videtur diebus festis pingere acu quam penicillo: sed hoc à pluribus Doctoribus conceditur artis præsertim discendæ, temporis fallendi, & animi recreandi gratia. Ergo, &c.

2. Sed an hæc opinio sit probabilis remitto iudicio aliorum. Quòd verò argumentum à pictura ad Recamaturam possit procedere, patet apud Azorium *vbi supra*, & Castum Palaum *tom. 2. tract. 9. punct. 6. num. 6.* licet ipse *ibi* sentiat picturam esse opus seruile. Quòd verò excusentur puellæ laborantes in diebus festis ad vitandam otiositatem, tenent Villalobos, Ioannes de la Cruz, Emmanuel Sà, quos ego citauit in 3. part. tract. 5. *resol. 8.* quibus adde Marchantium in *Resol. Doctor. super Decalogum cap. 3. q. 2.* Syluestrum *verb. Dominica quest. 5. conclus. 4.* & Ghilinum in *summ. ver. Festum n. 2. littera. 1.* licet Sanchez

Sup. hoc lege Resoluciones postas in vlt. not. huius Ref.

Pro pictura inf. in Ref. 20 §. 1. ad medium.

Quæ nunc hæc sequetur, in §. Notandum est etiam hic

obiter, & inf Sanchez, in opusculis tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 18. in Ref. 20. §. vii, num. 13. contrariam sententiam veriore existimet, quia potest otiositas vitari exercendo aliud opus bonum licitum: id est, ut dixi, an hac opinio sit probabilis, tu cogita?

RESOL. XV.

An sit peccatum mortale, si in omnibus festiuis diebus, quis exerceat, v. g. per mediam horam opus seruale?

Et explanatur, si aliquis singulis diebus festiuis labores per spatium duarum horarum, non peccare mortaliter.

Et similiter notatur non esse peccatum mortale, si quis efficiat, ut multi eodem die, vel diuersis festiuis magna parte temporis laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantum modico tempore.

Et an si quis distinctis vicibus eademmet festiuis die serualia exerceat, ita ut in singulis vicibus paruum temporis insumat, at totum tempus sit notabile, peccet mortaliter?

Et an, qui Templorum parietes tapetibus, & aulais ornant, possint hanc artem exercere in diebus festiuis sine peccato mortali?

Et an puella laborans in diebus festiuis ad euitandum otium, excusetur à peccato? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 8.

Sup. hoc in §. 1. A ffirmitiuum docet Toletus lib. 4. c. 25. n. tom. 8. tr. 3. Ref. 3. inter c. 17. n. 3. nam in opere seruali cum sit opus materia-medium, & se, datur continuatio, & extensio materiae: licet detur discontinuatio in ipsis diebus.

2. Sed si hac opinio esset vera, vix vix operariis; id est negatiuam sententiam affirmendam esse puto, quam docet Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 12. vbi sic ait. Si quis distinctis vicibus eademmet festiuis die serualia exerceat, ita ut singulis vicibus paruum temporis insumat, ac totum tempus sit notabile peccabit lethaliter. Secus si in diuersis diebus, etiam si habeat propositum singulis diebus paruo tempore laborandi. Ita ille. \*Vnde ego puto, quod

si aliquis singulis diebus festis laboraret per spatium duarum horarum, non peccaret mortaliter, quia dictae materiae paruae non continuantur, neque coalescunt in vnum; sicut si in diebus diuersis ieiunij paruum quispiam singulis diebus comederet, etsi simul haberet propositum; sic singulis illis diebus comedendo non peccaret, neque ieiunium frangeret.

\* Sup. hoc inf. in §. vii. huius Ref. &c.

3. Notandum est etiam cum Sanchez vbi supra non esse similiter peccatum mortale, si quis efficiat, ut multi eodem, vel diuersis festis, magna temporis parte laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantum modico tempore, quia illa modica singulorum tempora minime vniuntur, & cuiuslibet culpa non est nisi venialis. Ergo &c. Sed post hac scripta inueni omnia supradicta docere cum Sanchez Martinum Bonacinam tract. de legibus, disp. 5. quest. vnic. punct. 3. num. 3. & 4. vnde non est audiendus Fagundez, nam eius opinio esset laqueus omnium operatoriorum.

Sup. hoc in Ref. not. 1. in eod. ver.

4. Notandum est etiam hic obiter, quod puella laborans in diebus festiuis ob euitandum otium, excusetur ab Emanuele Sa ver. festum, n. 6. Ioanne de la Cruz in direct. conscient. part. 1. prac. 3. art. 1. dub. 1. concl. 4. Villalobos in manuali Confessor. c. 22. num. 99. vbi etiam hac verba asserit. [Las obras seruales que se pueden hazer secretamente, como coser,

Sup. hoc in Ref. not. 1. in eod. ver.

Et c. son licitas en fiesta, quando se hazen por limosna.] & idem docuit in summa tom. 2. tract. 3. 2. dub. 1. num. 10. vbi citat pro hac sententia Angelum Syluestrum, & D. Antoninum. Sed an probabiliter iudicent viri docti, nam aliqui hoc non admittunt, & quia de operibus seruilibus in diebus festiuis incedit sermo, ponam hic dubium, de quo ipso die interrogatus fui.

5. An qui templorum parietes tapetibus, aulais ornant, possent hanc artem exercere sine peccato mortali in diebus festiuis? Respondeo (quod si aliqui ferant Conradus in resp. part. 2. q. 233; & alij) ita facientes non peccare mortaliter, etiam si antea in diebus diebus talia ornamenta ponere possint, & ita docet Bonacina de legibus, disp. 5. q. vnica, punct. 3. n. 3. citans Suarez, Caietanum, & Toletum quibus ego addo Fagundez prac. 2. lib. 1. c. 4. n. 4. cum aliis penes ipsum.

6. Nota etiam quod in 2. part. tract. 1. miscell. lan. \* resol. 36. cum Filiucio docui, quod si aliqui in diebus festiuis laboret per spatium duarum horarum, non peccaret mortaliter. Et hanc sententiam praeter Filiucium, tenet etiam ex eadem Societate Iacobus Granado in part. 2. D. Thoma. contr. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 6. n. 54.

RESOL. XVI.

An agalones, seu muliones possint cum bestijs, aut vhedis oneratis iter inchoare in diebus festiuis? Et an qui per duas horas laborant in diebus festiuis, excusetur à peccato mortali ratione paruitatis materiae? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 36.

§. 1. R Espondet Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 27. num. 3. distinguendo, nam si iter ante diem festum bona fide inchoatum est, cum his oneribus excusatur continuatio, vel propter publicam vtilitatem, ad quam necessarium lapè est, vbi ne mora haec transportatio rerum, & mercium fieri, vel certe propter vitandum graue nocuumtum, quod paterentur dicti agalones, seu muliones si cogentur omnibus diebus festis quiescere, quocirca iter agendo peruenirent. De inchoatione vero cum dictis rhedis, seu curribus, & bestijs oneratis non est facile admitenda consuetudo quam Caiet. 2. 2. q. 12. art. 4. abusus vocat; quia aduertit, quod si muliones ducant mulos sine oneribus, non est illicitum ita progredi, vel ab vno in alium locum transferre animalia in die festo, quia id solum est iter facere, & non habet adiunctum opus seruale. Hoc etiam docet Regin. tom. 1. lib. 19. cap. 4. num. 50. & Franc. Galleti in margarita cas. conf. vers. summ.

2. Sed ego puto, audita Missa, raro in praedictis agalones inchoando iter cum bestijs oneratis, peccare mortaliter. Nam inchoatio talis itineris labor est prohibita, quia habet adiunctam circumstantiam, includentem opus seruale, & onera leuare, vel imponere; quod quidem de se seruale est. At dicti agalones in his oneribus leuandis, vel imponentibus tempus notabile non consumunt; ergo ratione paruitatis materiae, à peccato mortali excusabuntur.

3. Quanam verò sit paruitas materiae excusans à tali peccato, incertum est Azor. p. 3. lib. 1. cap. 27. §. 5. Bonac. tract. de leg. disp. 5. q. vnica, punct. 3. n. 2. & Reginald. in praxi, tom. 2. lib. 16. c. 3. n. 5. putant spatium vnius horae esse paruum notabilem, Suarez de Relig. tom. 2. cap. 31. num. 2. putat hanc esse nimiam, & rigorosam restrictionem, quia respicitur

respectu totius diei pars vigesima quarta, non apparet nimia, nec multum impedire hunc præcepti, qui est cultus Dei. Ergo, saluo semper meliori iudicio, eum qui per spatium duarum horarum, in diebus festiuis seruilia exerceat, ratione paruitatis materiae, excusari a peccato mortali. Nam paruitas materiae, excusans est mortali, non absolute, & secundum se, sed respectu ad totam materiam præceptam, spectanda est, vt nota Sanchez in sum. lib. 1. cap. 4. n. 18. At spatium duarum horarum, licet consideratum secundum se, videatur tempus notabile, & magnum, non ita tamen videtur, respectu ad ordinem, & in ordine ad totam materiam præceptam vnius diei. Ergo, qui per duas horas laboraret, ratione paruitatis materiae non peccabit.

Et post hæc scripta inueni etiam Filliue. in suis quest. mor. 2. tract. 27. cap. 11. n. 205. docere hanc sententiam.

RESOL. XVII.

An in diebus festiuis detur paruitas materiae in ordine ad opera seruilia?

Et an vendere calceos, vel alia huiusmodi diebus festiuis sit materia grauis ad peccatum?

Et quid est dicendum, si res vendita esset magni momenti, & venditio aliqua solemnitate celebretur, etiam si breui tempore fiat, an sit hoc peccatum mortale: quod a fortiori militat in quolibet actu iudicij? Ex part. 5. tract. 5. Resol. 6.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, & ad hoc dubium respondet Marchantius in 99. pastor. c. 3. q. 2. vbi sic ait. Quæres quantum temporis requiratur vt quis dicatur notabili tempore in die festo, opus seruale exercuisse? Respondeo, alij dicunt, quatuor horas, alij vero duas. Ego vt minimum requirem tres ad peccatum mortale, quia ceteri debet pars notabilis diei: vnde aliqui tertiam, vel quartam diei partem requirunt. Ita ille. Sed ego alibi cum multis Doctoribus decreui hoc tempus non esse extendendum ultra duas horas. Imò Castus Palaus tom. 1. tract. 9. disp. 2. punct. 3. n. 4. putat si duabus horis labori incumbatur, materiam esse grauem, & peccatum mortale committi. Sed si dictum spatium non excedas, puto, vt dixi, non esse materiam grauem. Vnde Ioannes Hentiquez in comp. cas. moral. c. 7. num. 4. sic ait. [Trabalar das horas en dia de fiesta es pecado venial por ser poco el tiempo, però si passasse das horas, sera pecado mortal.] sic ille. Alij vero Doctores de hac materia differentes, sunt Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. de festis c. 3. n. 2. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 4. in opuscul. tom. 2. lib. 5. c. 2. dub. 30. numer. 4. Azorius lib. 1. tom. 2. cap. 28. quest. 5. Fagundez pr. 1. lib. 1. c. 14. n. 2. & alij penes ipsos.

2. Non desinam tamen hic adnotare, quod in operibus forenibus, & iudicialibus, quæ sunt specialiter prohibita, materia grauis sumenda est non ex quantitate temporis insumpti, sed ex qualitate operis. nam si res vendita esset magni momenti, & venditio solemnitate aliqua celebraretur, etiam si breui tempore ferret, esset mortale, quod a fortiori militat in quolibet actu iudicij, siquidem negari non potest habere de se grauem deformitatem, quod iudex afficiat actum iudicij & nullum si verò venditio minoris esset momenti, vt vendere calceos, vel alia huiusmodi, iam consuetudo obrinuit non esse graue peccatum, & sæpe nullum, ob necessitatem vendentium, & ementium, neque enim iustum erat, vt vendentes merces denegarent agricolis, & aliis die feriato concurrenti-

Tom. VII.

bus, quia ex tali denegatione graue damnum paterentur, & ita docet Castus Palaus vbi supra n. 5.

RESOL. XVIII.

An piscatio, aucupatio, & venatio sint licita in diebus festis?

Et an iter agere sit opus seruale sine pedibus, siue equo fiat.

Et an ex consuetudine viatores excusentur a peccato? Et notatur, quod non sunt opera seruilia quadam agitationes corporis, quæ in saltationibus, choreis & tripudijs consistunt, vnde talia opera sunt licita in diebus festis non ratione consuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt. Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Rel. 222.

§. 1. **P**rima sententia docet talia opera esse liberalia, si ob recreationem in diebus festiuis fiunt, sse vero seruilia, si ob lucrum, & questum. Ita docet Angelus, Syluester, Rosella, Tabiena Armilla; & Pisanela; quos refert, Azorius part. 2. lib. 1. c. 27. quest. 7. & ideo in c. licet, de feriis, ex dispensatione conceditur piscatio diebus festis.

2. Secunda sententia asserit per se venationem, & piscationem esse opus seruale; sunt enim actiones ad vltimam utilitatem pertinentes. Ita Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. de festis, cap. 28. num. 3. Fagundez de præcept. Eccles. lib. 1. cap. 11. num. 16. verum ratione consuetudinis putat Suarez num. 5. Fagundez num. 17. licere venari; negant tamen de piscatione adesse talem consuetudinem, nisi ob urgentem, & specialem necessitatem ac proinde licita non est, iuxta dist. cap. licet Verum, his non obstantibus ex neotericis Iacobus Granado in 2. 2. D. Thoma contrar. 3. tract. 12. disput. 4. sect. 7. num. 65. ex Nauarro, Medina, & Lopez docet, venationem ferarum non esse opus seruale, & prohibitum in die festo; licet fiat propter lucrum; & illam solam piscationem esse opus seruale, quæ fit deferendo retia, remigando, & similem laborem exercendo: Sed Filiucius tom. 2. tract. 27. cap. 9. num. 172. & 173. & in hoc dubio distinguit, & asserit, venationem, & piscationem ob recreationem, quæ in industria posita sit, volucrum, & similibus accedit ad opus liberum, & non est prohibita in die festo; secus autem dicendum est de venatione, & piscatione ex officio, & quæ tota posita sit in corporis defatigatione.

3. Notandum est etiam hic obiter Caietanum in 2. 2. quest. 122. art. 4. Sotum de iustitia lib. 2. quest. 4. art. 4. §. Tertium genus, & alios docere, quod iter agere sit opus seruale; consuetudinem tamen excusari viatores: sed non esse opus seruale, siue pedibus siue equo fiat, tradit Angelus ver. feria num. 15. Rosella num. 26. Azorius part. 2. lib. 1. cap. 27. quest. 8. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. de festis, cap. 27. num. 2. & alij communiter; quia iter agere est de se actio naturalis consistens in quadam corporis situatione, atque exercitatione, & ideo opus liberale, non seruale est; tunc neque erunt opera seruilia quadam agitationes corporis, quæ in saltationibus, choreis, & tripudijs consistunt; vnde talia opera sunt licita in diebus festis, non ratione consuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt.

RESOL. XIX.

An Magistri artis digladiatoria, vulgo dicti Ff Schemidori,

*Schemidori, possint illam docere in diebus festiuis ?*  
Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 230.

§. 1. **N**egatiua sententia potest suaderi, quia talis actio videtur mere corporalis, laboriosa, & circa effectus corporis omnino existens. Item est vsus artis mechanicæ: ergo tanquam opus seruale erit in diebus festiuis prohibitus: & idem Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. de festis, cap. 28. num. 8. alleruit, censeri artifices mechanici, qui docent vsum armorum: & ita etiam tenent sagunde, & Palus *vbi infra*, absolute & per se loquendo, quibus etiam adde Filiucium tom. 2. tract. 27. cap. 9. num. 175.

2. Verum contrariam sententiam tuetur Iacobus Granado in 2. 2. D. Thoma controuers. 3. tract. 1. 2. disp. 4. sect. 7. num. 67. vbi tenet, docere exercitium, & vsum armorum, non minus liberale esse, quam docere saltationem, aut pulsationem citharæ, quod non est mechanicum: & ita, ait ille, hæc omnia in die festo licent. Adde, quod Sagunde *part. 2. lib. 1. cap. 11. num. 2.* & Castus Palus tom. 2. disp. 2. de obseruatione festorum, punct. 5. num. 11. obseruant, quod iam consuetudine receptum est iuuenos diebus Dominicis, & festiuis artem digladiatoriam discere: quia est- to dicitur vsu, & exercitio operis seruilis ob necessitatem Reipublicæ, cui maxime conuenit iuuenes exercitatos in prælio habere: permittitur videntibus, & consentientibus Prælati. Sed ego absolute sentio cum Granado, dictam artem non esse mechanicam, ac prinde illam docere absolute, & per se in diebus festiuis licitam esse, etiam consuetudine seclusa, quod etiam confirmatur ex auctoritate Doctorum asserentium, bellum ex se non esse opus seruale: vnde docent, vt vsus est \* in superiori resolutione, præliationem, etiam extra necessitatem, esse licitam in diebus festiuis.

\* Quæ hic est infra in tr. 7. Ref. 42.

## RESOL. XX.

*An Typographiam, & picturam in diebus festiuis exercere sit licitum ?*

*Et notatur Sartores in diebus festiuis conscienties vestes pro aliquo funere, &c. & Thoros tondentes, & domicellas conuocantes, vel alio modo laborantes non peccare.*

*Et an iuramenta iudicialia sint prohibita in die festo ?*  
Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 62.

Sup. hoc pro Typographis in tom. 4. tr. 6. Ref. 31. §. vi.

§. 1. **H**ic casus est curiosus, & nouus, & de illo à Typographis nostrorum librorum olim interrogatus fui; & tunc affirmatiuam sententiam tenui, licet illam consilere non fuerint ausus, nullum enim pro me Doctorem habebam; nunc verò illam inuenio docere Homobonum de Bonis in *consultar. cas. conscient. vol. 1. part. 2. respons. 34.* & Paulum Layman in *Theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 3.* vbi sic ait. Existimo Pictores damnari non posse si postquam rei diuinæ satisfecerunt, artem suam sine scandalo exercent. Idemque iudicium esto de Typographis characteres ordinantibus; ipsa verò librorum impressio seruale opus est. Ita ille, & ergo. Nec enim prædicta opera seruilia sunt illicita, quod ob lucrum & mercedem exercentur, nam hoc per accidens se habet.

Sup. hoc magis late in Ref. seq. §. Quod

2. Notandum est etiam hic obiter primò, Homobonum *vbi supra respons. 36.* excusare tonsores tondentes in diebus festis ex occasione cessantis lucri, quoniam aliis diebus ob laborum occupationes tondendi non accedunt, nec potest Episcopus prohibere aliqui in festo licita causa necessitatis, vt pictatis. Ita ille.

3. Nota etiam secundò Layman loco citato num. 6. probabile esse existimat cum Caietano in 2. 2. quest. 122. art. 4. iuramenta in die festo prohibita non esse nisi iudicialia.

4. Nota tertio cum eodem Layman cap. 7. num. 2. factores non peccare, si in diebus festis conuocant vestes vel alia pro aliquo funere, & interdum excusantur cum post medium noctis festo die laborare coguntur vt vestes promissas perficiant.

5. Nota quartò excusari à peccato puellas & domicellas in festo sumentes, vel alio modo laborantes, si ad fugandum otium hoc faciunt, & ne ad domum vel nebras se conspicias exhibeant. Ita Homobonus loco cit. respons. 35. & Syluester *ver. Dominica, quest. 5. dicto 3.* licet Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. c. 26. n. 4. & Comitulus in *resp. lib. 4. q. 37.* contrarium asserant.

## RESOL. XXI.

*Solent Rustici inter se in diebus festiuis, vel cum Dominis celebrare contractus, quaritur, an Notarij, & ipsi contrahentes sine peccato possint hoc facere ?*

*Item quaritur, an vsus tonsonum sit licitus quò festiuis diebus tondent omnes que ad stroniam accedunt ?*

*Eo notatur, quod Summus Pontifex indidit in die festo piscationem halecum, que vno anno tempore transire solent.*

*Et an similiter idem dicendum sit de piscatione diliorum piscium, qui simili modo certo anni tempore concurrunt.*

*Et an etiam idem dicendum erit de quouis alio lucro transitorio, quomodolibet repente occurrente ?*  
Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 34.

§. 1. **Q**uoad primum respondetur, discrepare inter se Doctores, an iuramentum extrajudiciale sit die festo licitum, vel prohibitum. Nam affirmatiuè respondet Abb. in c. 1. de feris num. 5. & clarius cap. ult. num. 18. cum Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 30. num. 17. & Molfesio in *sum. tom. 1. tract. 11. c. 17. nom. 51.* & ita habet consuetudo, vt non fiant contractus in diebus festis, nisi & licentia Episcopi. Nihilominus Caietan. in 2. 2. quest. 122. art. 4. ait, prohibitionem cap. 1. de feris, intelligendam esse de iuramento solemniter in iudicio præstando. Et probari potest, tum quia textus iuxta subiectam materiam, videtur loqui de iudicialibus actionibus, tum quia alias conne iuramentum ex eo solùm, quod in festo fiat, esset speciale peccatum: hoc autem esse absurdum. Ergo.

2. Vnde secundum hanc opinionem Caietani, si abist scandalum, non peccant Notarij, qui in diebus festis celebrant rusticorum contractus; & hanc sententiam Caietani probabilem putat nonnulli me Layman in *Theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 8.* sicut & ego etiam puto; Rodriguez tom. 1. cap. 122. num. 3. & Philarch. tom. 1. punct. 2. lib. 3. cap. 23. illos à peccato excusant ratione necessitatis, nam rustici in profestis non adsunt in Ciuitate, & ob similem causam, ait Suarez *vbi supra, n. 25.* in parnis oppidis solent iudicia litigantium in festis permitti, quia in profestis non adsunt rustici, & agiorum.

3. Quoad secundum de tonsonibus dico, ratione paruitatis materię non peccare si barbam vnius, vel alterius radant, vt notat Grassius *dec. ar. part. 1. lib. 2. cap. 23. n. 17.* Nauar. cap. 13. n. 9. Vega tom. 1. cap. 114.

114. *cap. 1.* Rodriguez *tom. 1. cap. 121. num. 4.* Sayrus *ubi supra, n. 9.* Moïseus *ubi supra, n. 68.* & Azorius *lib. 1. cap. 28. quest. 5. tom. 2.* Sed si omnes radant ratione consuetudinis, si adsit, etiam in die festo sint humano iure introducta, nihil obstat, ea tolli per contrariam consuetudinem toleratam à Prælatiis, vt notat Sotus, & Caietanus, apud Regin. *ubi infra, num. 52.* & alij apud Sayr. *in Clauis Regia, lib. 7. cap. 2. n. 11.* Sed non reticebo, Fernandez *in suo exam. theol. p. 1. c. 7. §. 1. n. 6.* alia ratione illos excusare, ait enim [Vnus fortorum qui festis diebus tendent omnes, iuxta consuetudinem scitam à Prælatiis, excusatur, quamquam ex alio capite id licere mihi persuadeam; nimirum, ex occasione cessantis lucri, quoniam alii diebus propter laborum occupationes, tendendi non accedunt. Cuius rationis quamquam nullus Doctorum, quem sciam meminit, tamen deducitur ex *cap. licet, de feriis.* Hæc Fernandez. Pro qua ratione intelligenda, notandum est, quod in *cap. licet, de feriis*, Summ. Pontifex indulsit in die festo piscationem hæcitem, quæ vno anni tempore transire solet, parique ratione, idem esse dicendum de piscatione aliorum piscium, qui similiter certo anni tempore occurrunt. Sed Fernandez *ubi supra*, cum Angelo *num. 34.* & Caietan. *in ver. festos dies, cap. 1.* Idem quoque dicendum esse existimant de quouis alio lucro transitorio, quomodolibet repente occurrente, tanquam, inquit Caietanus, eiusmodi lucrum cessans damnnum reputetur. Ex qua opinione sequeretur, non solum propter necessitatem vitandi damnnum, sed etiam pro acquirendo aliquo vtili, & lucro, quod alio tempore acquiri non posset, licitum esse vti facultate in illo *cap. licet*, & facere opera seruilia in diebus festis. An hæc opinio sit probabilis, tu lector iudica, sed scias illam reprobare Reginald. *tom. 1. lib. 19. cap. 3. n. 51.* cum Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 33. n. 9.* Nam in eo tantum lucro, quod solet vno anni tempore euenire, cernitur rationis paritas, cum eo, de quo sermo est in *cap. licet*, memorato. In eo enim sermo est tantum de transitorio lucro, quod solummodo occurrit vno anni tempore, quæ circumstantia, cum non inueniatur in omni lucro transitorio, fit, vt à Sum. Pontifice data dispensatio in illo, *cap. licet*, non habeat ob rationis identitatem locum in omni lucro transitorio: vnde dispensatio illius textus non est extendenda ad priuatam vtilitatem priuatæ personæ, sed ad vtilitatem publicam, quam Pontifex in illo textu concessit, vt notat Andreas, Barb. *in schol. ad Abbatem.* Sed ego opinionem Caietani, Fernandez & aliorum *ubi supra*, tunc amplectendam esse iudico, quando vtilitas, & lucrum transitorium, quod cessat, tanti sit momenti, vt prudentis arbitrio æstimari possit eius amissio non mediocriter nocuumtum.

RESOL. XXII.

An Notarij, Commissarij, & alij Officiales Curia possint in diebus festiuis acta transcribere? Idem queritur de illis, qui sermones Predicatorum & allegationes Doctorum, vt vulgo dicitur, pro mercede copiant. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 35.

§. 1. Negatiuè respondet Fernandez *in suo exam. Theol. p. 1. cap. 7. §. 1. num. 10.* Syluius *in 2. 2. D. Thom. quest. 122. art. 1.* Toletus *lib. 4. cap. 24. num. 11.* Rosella *ver. feria, §. 12.* Angel. *codem ver. §. 3.* Nauarr. *in manuali cap. 13. n. 14.* Tabien. *ver. feria, num. 40.* D. Anton. *p. 2. tit. 9. a. 7. §. quantum, & in terminis docet hanc sententiam Ve-*  
Tom. V 11.

ga *in sum. tom. 1. cap. 114. cas. 3.* Ant. de Litteratis *in sum. p. 2. c. 17. num. 21.* Comitulus *in resp. moral. lib. 4. q. 58. n. 3.* Caietan. *in 2. 2. q. 122. art. 4. §. ad 2.* & Reginald. *tom. 1. lib. 19. cap. 3. num. 40. in fin.* cum Azor. *p. 3. lib. 1. c. 22. q. 5.* Ratio est quia sic transcribere chartas ex officio, & mercede pacta, est opus seruale, non quidem ratione lucri, sed ratione operis, & officij simul; latum est enim discrimen inter scribere, & transcribere pro officio, & mercede pacta: nam scribere simpliciter est opus honestum, & liberale, ingenuorumque hominum: transcribere verò pro officio, & mercede pacta, est mechanicus, & purè corporalis labor, nec est opus mentis, neque artis liberalis, quia solum est ita pingere characteres, sicut in originali leguntur. Et confirmatur, quia imprimere librum, mechanicum est sine vlla dubitatione, & tamen est genus quoddam transcriptionis.

2. At ego, dictos Notarios, & alios sic transcribentes, peccati mortalis non condemnarem, cum Sayro *in Clauis Regia lib. 7. cap. 2. num. 25.* Franc. Galleti *in Margarita casuum conf. ver. festa, Mol-fel. in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 17. num. 42.* Medina *lib. 1. cap. 14. §. 8.* Lopes. *in instructor. p. 1. c. 52.* & nouissime Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 25. n. 4.* vbi docet, vt semper solet, probat, transcribere non esse opus seruale, etiam si fiat non gratia addiscendi, sed sine proprio profectu, nam talis actio de se mentalis, & spiritalis est, & per accidens ad illam est, quod hac vel illa intentione fiat ab operante. Ergo inde non efficitur seruale ex officio, vel lucro, seu mercede, ergo nullo modo est seruale. Ex quibus patet responsio ad argumenta, in contrarium posita. Cæteras rationes vide apud ipsum *loc. cit.* Hoc etiam docet Emanuel Sà *ver. festum*, & Rodriguez *in sum. tom. 3. cap. 168. num. 5.* & nouissime Layman *Theol. mor. lib. 4. tract. 7. c. 2. n. 3.*

RESOL. XXIII.

An propter pietatem licita sint opera seruilia in diebus festiuis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 177.

§. 1. Negatiuè respondet Caietanus *in 2. 2. quest. 122. art. 4.* Sotus *de iust. lib. 2. q. 4. art. 4. ad 3.* Lopez. *in instruct. part. 1. cap. 52.* Nauarr. *in manuali, cap. 13. n. 4. 10. & 11.* & alij communiter, quia non est prætermittendum opus Religionis, qualis est festorum obseruatio, propter pietatem extra articulum necessitatis.

2. Non desinam tamen hic adnotare, contrariam sententiam docere Palatium *in summa*, Caiet. *ver. festum*, Alcozer *in summa cap. 17.* Tabienam *ver. feria, num. 18. 37. & 41.* Perez *lib. 1. tit. 1. l. 5. fol. 41. & 42.* quia *in cap. conquestus de feriis*, causa pietatis permittuntur iudicialia in diebus festis; ergo & permitti debent seruilia, & hanc sententiam probabilem putat Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 32. n. 3.* nam negatiuam sententiam quam ipse tenet, vocat tantum probabiliorum, & cum aliqua modificatione hanc sententiam tenet Villalobos *in manuali Confessoriorum, c. ap. 22. n. 80.* vbi sic ait. *Las obras seruales que se pueden hazer secretamente como cofer son licitas en fiestas quando se ha en por li-mosna mas no otras cosas mayores como edificar, que en tal caso se ha de pedir licencia al Obispo.* Ita ille, vide etiam Michaëlem de Palacio *l. 2. de contractibus, c. 10 §. forstan quaritur*, vbi ex glossa in nostro casu docet, quod pietas & necessitas non subduntur legi; sed mihi prima opinio magis placet, quam sequitur Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 1. cap. 14. num. 2.* & alij communiter  
Ff 2 RESOL.



## RESOL. XXIV.

*An sit licitum in diebus festis computare cum operarijs eorum mercedem, & solvere?*  
*Et an qui ex pietate laborant in gratiam Templi, & loci pii in diebus festis, excusentur à peccato?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 83.

**S**olus passim accidit, & ad illum Marchant. in resol. Pastoral. ad Decal. p. 1. c. 3. quest. 5. sic responderet. Quæro quintò, quid dicendum de illis, qui varios sub se habent operarios mercede conductos, & diebus festis, vel Dominicis eos ad computandum conuocant, & promeritam mercedem solvunt? sic frequenter videmus praticari per illos, qui multos habent operarios in fodinis, in officinis ferrariis, in lapidicinis, in syluis cædendis, & similibus. Respondeo tales se solent excusare, dicentes, id fieri in gratiam operatorum, qui alio die cogentur perdere diurnum laborem ad familiam alendam necessarium; quod si verum est, iam id ad pietatem tanquam ad causam excubantem referri poterit. Puto tamen magis consuetudine id introductum quibusdam in locis; nam qui magis pii, & timorati sunt, diem sabbati eis designant, in quo certò mercedem post computum recepturi compareant. Ita Marchantius.

2. Sed ego non video qua ratione talis computatio feruile opus possit computari, & per consequens prohibitum in diebus festis. nam hæc actio, vel efficitur voce vel scriptura, vel recognoscendo ea, quæ rusticis vocant *Tagli*; sed, vt patet, hæc omnia feruilia opera non sunt, ergo, neque tempus numerationis pecuniarum, quæ illis pro mercede præbetur, dato quòd esset opus feruile, attingit vt plurimum tempus necessarium pro fractione præcepti, ergo. Adde quòd per consuetudinem introductam talis actio, etiam si opus feruile esset, excusari posset.

Sup hoc in Ref. præterita, & in alijs eius not.

3. Notandum est etiam hic obiter dictum Marchantium *ubi supra* quest. 2. docere posse aliquem ex pietate laborare in diebus festis pro aliquo loco pio, sic enim ait. Excusantur etiam qui ex pietate laborant in gratiam Templi, vel loci pii, maxime ex consensu Parochorum. Ita ille. Neque hæc vltima verba destrunt priora, vt quidam parum sciens his diebus mihi assererat: nam dictio, *maxime*, habet vim augmentandi, & non minuendi, & includit casum magis dubitabilem, & implicat idem esse in casu contrario, vt patet in l. 1. §. *vel maxime*, ff. de excusat. *ur.* & notat Couarr. lib. 2. *variæ*. c. 7. n. 5. Sed de hac opinione Marchantij alibi ego pertractaui.

Alibi in Ref. præterita.

## RESOL. XXV.

*An representaciones sacra possint fieri in Ecclesijs.*  
*Et notatur aliquos Episcopos prohibuisse dictas representaciones ullibi fieri posse absque eorum expressa licentia.* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 184.

§. 1. **A**ffirmatiuè responderet Angelus *ver. ludus*, n. 2. *ubi* sic ait. Demonstrationes quæ fiunt ad honorem Dei, puta Passionis Christi, & vitæ alicuius Sancti, non sunt prohibita in Ecclesijs fieri. Ita ille, & ante illum Tabiena *eodem ver. quest.* 4. & Syluester *quest.* 2. *dicto* 3. & nouissimè Sanchez in *opuscul.* rom. 1. lib. 1. cap. 8. *dub.* 24. *num.* 23.

2. Non desinam tamen hic adnotare, Bartholomæum Gauantem in *Enchir. Episc.* *ver. representaciones sacra*, *num.* 1. contrariam sententiam docere, & citat Barbolam de *potestate Episcopi* *part.*

2. *allegat.* 24. *num.* 25. & obseruat quòd Sanctus Carolus Borromæus in *consil. primo Provinciali* prohibuit vt Passio Saluatoris ullibi agatur. Vnde Thomas Zerola in *praxi Episcoporum part.* 1. *verbo representaciones*, obseruat optimè aliquos Episcopos prohibuisse dictas recitationes ullibi fieri posse absque eorum expressa licentia.

## RESOL. XXVI.

*Pluries à nonnullis Confessarijs quæstus sui, an Comedias interesse tam quoad Clericos, quam quoad saculares cessante scandalo, sit peccatum mortale?*  
*Idem est dicendum de illis, qui legunt libros, in quibus res turpes, & facinoræ representantur.* Ex p. 4. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 35.

§. 1. **R**espondi rem esse periculofam, & peccatum lethale existimauit Comitolus in *resp. moral.* lib. 4. c. 22.

2. Tamen si audiantur ob solam vanam curiositatem, absque periculo probabili lapsus, etiam res turpes represententur, & modus representandi sit turpis, ego puto non esse peccatum mortale. Ita Bonacina, & Squillante *ubi supra*, Sanchez de *matrim.* lib. 9. *disp.* 47. *Alphonius de Mendacia quest.* 9. *positiua.* *num.* 11. *fol.* mibi 60. *Rodriguez in summ.* tom. 3. *cap.* 71. *num.* 1. *Ioann. Salas in p. 1. tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 6. *sect.* 24. *num.* 165. *Locuta p. 2. tom.* 2. *disp.* 28. *de peccatis.* *memb.* 3. §. *ex dicitur*, in *fine*, *ubi* ait. Excusari possunt, qui audiunt comedias, vel legunt libros, in quibus res turpes, & facinoræ representantur. Si enim, delictatio sit in representatione ipsa, & non procedat ad rem representatam, & absit periculum consensus in hæc actus non est peccatum mortale. Sic ille, & Azorius *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 27. *quest.* 7.

3. Quæ quidem opinio non solum tenenda est, quoad saculares, sed etiam quoad Clericos; non enim peccant mortaliter cessante scandalo, quod modo non esse, quia frequentissimum est Clericos comedias interesse; neque ob id saculares ad peccatum mouentur; nam eodem modo audirent comedias, licet Clerici abessent, & cum eodem detrimento, si quod patiuntur. Nec obstat prohibitio *cap. clerici 2. de vita & honest. Clericorum* quia secundum Innocentium in *d. cap.* est tantum de honestate: vel quod verius credo cum Caiet. in *summa*, *ver. Clericorum peccata*, ille textus non obligat sub mortali, cessante scandalo, & contemptu. Deinde contraria consuetudine videtur abrogatum. Et sic hæc opinio sequuntur Sanchez, Rodriguez, & Salas *ubi supra*, & nouissimè Paulus Squillante de *obligat. Clericorum*, 2. n. 45. Martinus Bonacina de *matrim.* *quest.* 4. *part.* 9. *num.* 22. & alij.

## RESOL. XXVII.

*An audientes comedias peccent saltem mortaliter, quia ex eorum stipendijs aluntur histriones, qui peccant, (vt suppono) lascinias comedia representanda?*  
 Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 81.

§. 1. **I**am probabiliter firmavi in *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 35. cum multis Doctoribus, speciatim reseruetur etiam Clericos comediarum turpium si intertine ob solam curiositatem, vel ne habeantur inurbani, solum peccare venialiter, & ita, me citato, tenet nouissimè Barbossa de *iure Eccles.* l. 1. c. 40. n. 59. & 60. Sed dicitur cultas est, an peccet mortaliter ex alio capite, videlicet soluendo

soluendo mercedem positivè sunt causa vt histriones viuunt in statu peccati mortalis, vt potè multorum criminum occasio, & affirmatiuam sententiam docet nonnullè Hieronymus Florentinus in sua *Comœdiorum crisi concl. 7.* per totam, cui adde Hurtadum de Mendoza vol. 2. de Spe, & Charitate disp. 173. sect. 28. §. 367. vbi probat peccare mortaliter eos omnes, qui pecuniam dant histrionibus pro pretio audiendi comœdias, quia qui dat pecuniam histrionibus, illos alit, & conseruat in statu peccati mortalis, in quo multis sunt scandalo, ergo peccant mortaliter; quia illis dant pecuniam. Respondet bullum in singulari esse causam, vt histrio alatur, quia quamvis ego comœdiam non audiam, illam audient alii. Contra hoc probatur non committi hoc peccatum auditis vna, aut altera comœdia; at verò qui plures audiunt, non possunt hoc excusari, quia multis comœdiis repetitis accipit comœdus quantitatè pecuniæ sufficientem ad constituendam materiam grauem; & quidem singulorum pecuniæ per se grauer concurrunt ad histrionem alendum ad eius opulentiam, & luxuriam, sine quibus ille non ageret histrionem, ergo nullus potest dicere suam pecuniam non esse causam per se vt histrio perseueret in officio. Deinde possunt considerari duo genera spectatorum. Primum est eorum, qui confluunt in theatrum primi, alterum qui postremi. Primi omnes mortaliter peccant audita etiam vna comœdia tantum, quia ipsi sunt motiuum vt hic, & nunc fabula agatur. Comœdus enim sine sufficienti auditorio non ager fabulam, hoc autem sufficiens auditorium consistit primi, quando enim sunt satis multi, propter illos solos agatur fabula, quamvis nullus adsit alius, ergo omnes illi, qui sunt causa per se illius actionis, peccant mortaliter. Tandem probatur singulos peccare etiam postremi adueniant, quia histrio conspicuus auditorium integrum illo mouetur ad agendam fabulam hic & nunc, quam vult agere propter omnes illos, qui pecuniam soluerunt pro illa audienda, quia omnes illi collectivè accepti, sunt obiectum adequatum illius actionis, quæ tunc propter omnes exercetur: diuisivè autem accepti sunt omnes illi obiectum partiale illius actionis, & non obiectum per accidens, sed per se: singulorum enim pecuniam per se amat comœdus, ita vt fabulam sit acturus, ne vel semiargentum teneatur restituere. Imò ipse moram trahit in comœdia incipienda, quia vult aliorum, quos sperat aduenturos, pecuniam, propter quam vult etiam agere comœdiam. Itaque vilo integro auditorio vult propter integram illius pecuniam fabulam agere, cuius voluntatis obiectum formale est pecunia integri auditorij: & quamvis eam esset acturus coram concione minus frequenti, tamen illam ageret per illam voluntatem: ea autem voluntas per quâ hic & nunc eam agit, pendet p. r. se ab hac integra concione. Item singulorum pecunia per se iuvat ad sumptus histrionicos, ergo, & c. & hæc omnia docet Hurtadus *vbi supra* ex quibus patet omnes spectatores comœdiarum nostri temporis peccare mortaliter, quia ex eorum stipendiis aluntur tam pessimi homines, vt sunt comœdi.

2. Non desinam tamen hic adnotare negatiuam sententiam ex parte docere Nicolaum Baldellum in *disp. Theolog. tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 11.* vbi sic ait. Puto vniuersaliter peccare mortaliter omnes illos, qui scientes turpitudinem, & obsecritatem comœdiæ primi ad illam confluunt, quia reuera per ipsos est vt comœdia detur. Postquam verò sufficiens numerus iam confluit, & externo peccato histrionum iam est data sufficiens causa, non videtur ex hoc capite damnandus, si quis alius accedat, quia non amplius eos fouet in peccato, neque eorum pec-

Tom. VII.

cato dat causam, cum hoc vtrumque sufficienter sit præstitum iam ab aliis. Ita Baldell. & ante illum Turrian. in *summ. p. 1 c. 28. dub. 8.*

## RESOL. XXVIII.

*An audientes comœdiæ obsecras, si non peccent mortaliter ratione periculi peccent tamen peccato scandali, quatenus sua presentia, & pecunia excitant histriones ad recitandum?*

*Et notatur nullum posse absque peccato scandali alio inuitare ad comœdias vel amatorias, vel quibus inhonestæ choreæ, & cantilene inseruntur. &c. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 52.*

§. 1. **A**libi pro parte affirmatiua adduxi P. Baldellum, & P. Hurtadum, quibus nunc addo me citato Franciscum Bricchium in *promptuario Confessariorum part. 2. cap. 20.* Sed per litteras à multis rogatus fui, cum calus quotidie accideret, vt si Auctores contrarium sentientes haberem, palam facerem: libenter itaque eis assentior. Ideò primò adducam contra suprascriptos duos alios committiones ex eadem Societate Iesulicæ itaque asserit P. Bardi in *select. l. 9. q. 2. sect. 15. n. 5.* Spectatores possunt dupliciter se gerere in hac re. Primò possunt se habere antecedenter, in quantum conueniunt cum Histrionibus, eisque promittunt accedere ad Comœdias, eisque proportionatam soluere mercedem, & hoc vt ipsi Histriones securitatem aliquam de lucro habentes alliciantur ad Comœdias recitandas, aliàs non recitaturi; & hos spectatores indubitatum est peccare mortaliter fouentes animum Histrionum ad repræsèntandas illas turpes actiones, & ad loquendum verba turpia inducentia ad amorem inhonestum. Secundò, possunt spectatores se habere concomitanter, seu subsequenter, quatenus iam inueniunt Histriones paratos ad recitandum, ita vt etiam si spectatores huius secundi generis non adessent, adhuc recitarentur Comœdiæ, & hi possunt excusari à peccato, quia non habent influxum in recitationem illam: cæterum hoc speculativè videtur certum, practicè tamen res est valde periculosa, quoniam multitudo cõsuetudinem esse potest motiuum excitans Histriones, vel ad perseuerandum in eodè loco ob maius lucrum, quod reportat vel recedentes ad iterum redeundum ad eundè locum, in quo experti sunt placere recitationes istas, & ipsos lucrari. Ita Bardi.

2. Sed magis amplè, & benignè tractat difficultatem P. Ferrantinus de *Scandalo disp. 1. quest. 64. num. 36. cum seq.* vbi sic asserit: Hurtadus existimat peccare scandalo graui eos omnes, qui pecuniam dant Histrionibus pro pretio audiendæ Comœdiæ. Quia inter comœdum, & spectatorem inuitur pactum, vt fabula pro pecunia agatur. Verùm hæc opinio licet pia, & tutior, videri tamen possit alicui satis scrupulosa, ac rigida: & idè si fieri potest, curandum est, vt tales pecuniam tribuentes Histrionibus, à peccato mortali excusentur. Dico igitur tertio, probabile esse quod dantes pecuniam Histrionibus non peccent mortaliter ex hoc capite præcisè, quod inuitur pactum cum illis. Et probatur, quia verè pactum non inuitur eodem modo, quo ipsi explicat Hurtadus, sed alio longè diuerso: & ita dicendum est, ne proximus, cum possit præsumi bonus in suo actu, præsumatur malus. Potest autem pactum huiusmodi intelligi quod fiat ex suppositione, & sub conditione: v. g. ex suppositione, quod acturi sitis fabulam, ad quam determinati estis: seu stante hac conditione, quod fabula peragatur, quam agere intenditis, do vobis pecuniam, vt concedatis mihi locum in aula. Hoc

FF 3 autem

Alibi signant  
in Re. præce-  
rita ad lin. 6.  
& verè. Sed  
difficultas.

autem pactum non continet peccatum mortale, sicuti cum hospites inuitant transeuntes ex suppositione, quod alibi cenaturi sint, & sicut aliquis ex urbanitate inuitat amicum ad cenandum potius secum in die ieiunij, quam alibi, ex suppositione, quod iam sit determinatus ad cenandum, & cenam alibi inueniet, &c. ergo: Id etiam confirmari potest ex doctrina Sanchez tom. 1. Decal. cap. 7. num. 16. Hac omnia. Pater Ferrantinus, *ubi supra*.

Notandum est etiam hic Primò, Hurtadum etiam docere, nullum posse absque scandali peccato alios inuitare ad Comœdias, vel amatorias, vel quibus inhonestæ Chortæ, & cantilenæ inferuntur; cum spectaculum, illud sit valde periculosum, nullusque scit quantum periculi alius subeat. Excipit illos, qui rectè norunt amicum, quem inuitant in nullum adduci periculum: Item eos, qui non rogant amicum, sed illi proponunt, utrum velit ire ad comœdiam, ita ut facile sine rubore, aut alio incommodo possit illam recusare. Sed de hac secunda exceptione habet aliquam difficultatem P. Ferrantinus num. 34. & ideo distinguendum putat, vide illum, ego tamen periculosa hanc inuitationem existimo.

## RESOL. XXIX.

An Magistratus permittendo recitationem comœdiarum peccent mortaliter? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 82.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Hurtadus de Mendoza vol. 2. de spe, & charitate, disput. 173. sect. 29. §. 377. & ratio est, quia, ut docet D. Th. in 4. dist. 33. q. 2. art. 2. malum publicum non potest permitti, nisi ut per illud vitetur aliud, quod sine illo vitari non potest: sed comœdiæ sunt malum publicum, per quod nullum aliud detinet vitari, sed potius multa accrescunt de nouo, ergo comœdiarum permissio est per se illicita. Furta enim, detractiones, rixæ, lasciuia, &c. potius ex permissione comœdiarum multiplicantur, quam vitantur, ut experientia miserabilis demonstrat, recognosce Hurtadum loco citato.

2. Verùm his non obstantibus negatiuæ sententiæ adhaeret Nicolaus Baldellus in disp. Theolog. tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 13. vbi ita asserit. Quoad Magistratus & Principes, ad quos spectat prohibere, vel permittere huiusmodi comœdias, primò certum est, quod peccent mortaliter, si illa fieri mandent, quia non potest aliquis licitè mandare, quod alius non potest licitè exequi. Secundo mortaliter peccant si auctoritatem iis præsentent, easque approbent, vel aliter histriones in peccato foueant. Tertio non videntur tamen peccare, si pro aliquo tempore ad vitandam in populo maiorem licentiam histriones, & histrionum spectatores non puniant, quia permissio, quæ solùm sit non puniendo, non autem approbando licita est, si fiat ex causa, etiam si alioqui sit de re illicita, ut si fiat, v. g. ad vitandum maius malum, & appellatur permissio comparatiua, vel tolerantia; ut notat gl. in c. omnis, dist. 3. & illius multa habentur exempla in iure: ut v. g. quod permittantur commensationes immoderate pro Dominica Quinquagesimæ, & diebus sequentibus, c. denique, dist. 4. & quod ad euitandam occasionem vxoris permittatur maritus adulterati cum altera, cap. si quod verius 33. quest. 2. & similes. Neque illud quod hoc modo permittitur, potest dici, quod approbetur, cap. retrices 32. qu. 4. cum aliud sit non punire, & aliud approbare. Huc vsque Baldellus, qui pro hac senten-

tia citat Nauarum consil. 3. de Indis num. 2. lib. 5.

## RESOL. XXX.

An aliquando quis non teneatur salutare inimicum, & possit ei mortem desiderare? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 89.

§. 1. **Q**uoad primum, certum est interdum posse esse peccatū non salutare inimicum, scilicet obligatione, ait Hurtadus de Mendoza de spe & charit. vol. 2. disput. 153. sect. 4. §. 64. saluo primo parentem, aut Prælatum, aut iudicem, qui non iniuriam, sed in peccatam iustam non salutat inimicum. Secundo saluo eos, qui sine graui incommodo honoris non possent hostem salutare, quia salutato regeret in infamiam, hoc tamen est peccatum. Tertio saluo eum, qui infamem accepit iniuriam, cuius aestimatio digna petit austeriorem vultum, atque tristitorem, qualis esset qui a pellatus fuisset sodomita, fur, Iudæus, aut quid simile enorme, tunc enim prudenter censetur negatio salutationis oriri non ex odio, sed ex dolore iusto, & ingenti acerbitate, que iuste adimit vrbanitatis argumenta omnibus eiusdem conditionis hominibus communia, item esse multis argumento eum parui aestimasse tam acerbum iniuriam. Quarto saluantur qui ita simulant distractionem, aut oculorum hebetudinem, ut prouideatur iudicetur salutationem omnifam non ex memoria inicitia, sed ex alio capite. Tandem qui vidit tres, aut quatuor amicos, quos familiariter alloquitur capite tecto, nec salutato, tunc licet inimicum non saluet, nec alloquatur, non peccat contra urbanitatem, quia illa allocutio licet vni dumtaxat dirigatur, censetur salutio omnium sociorum tunc concomitantium. Ita Hurtadus.

2. Qui etiam §. 48. notat nos nihil mali desiderare posse inimico, nisi sit aptum ut ad vitandam iora ipsius mala, vel neccia, quæ alia ratione vitari non possunt. Etenim possum ego desiderare ut Deus illi mortem maturet, nisi sit in frugem meliorem recipiendus, quia id est desiderare illi bonum. Item si inimicus iniuste est me vexaturus, ego possum desiderare, & orare, ut Deus eum è viuis tollat, si aliter inferenda mala vitari non possunt. Huc vsque Hurtadus; sed hæc in praxi ratione nostræ de prauitate irascibilis non videntur consulenda.

## RESOL. XXXI.

An quis teneatur alloqui, salutare, resalutare, & familiaritatem cum inimico habere, vel alia signa amicitia ei ostendere, si ille has omnia præceterit? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 62.

§. 1. **C**irca præsentem quæstionem, vide Maldellum in 2.2. quest. 25. artic. 9. Azor. p. 2. lib. 12. cap. 3. quest. 5. & seq. Coninch de spe, & charitate, disput. 24. dub. 6. num. 89. & seq. Valent. tom. 3. disp. 3. q. 3. punct. 2. Banez in 2.2. q. 25. art. 9. dub. 3. Nauarr. cap. 14. num. 15. Layman in Theol. mor. lib. 2. tr. 3. cap. 4. num. 2. Solutio in 2.2. quest. 25. art. 9. concl. 2. Reginald. tom. 2. lib. 17. cap. 12. sect. 2. num. 123. & seq. Fillius in Theol. tract. 28. c. 1. num. 19. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 1. c. 3. §. 7. num. 1. Villalobos in som. tom. 2. tract. 3. diff. 6. nu. 4. Homobon. de exam. Eccl. p. 1. tr. 6. cap. 25. quest. 114. Molestinus in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 5. num. 33. Ledesma

in summ. tom. 2. tract. 3. cap. 2. concl. 5. Ioan. de la Cruz in direct. conf. par. 1. prac. 1. artic. 3. dub. 1. Tanner. in 2.2. disput. 2. quest. 3. dub. 1. numer. 12. & tandem dect. illum Lorca in 2.2. quest. 23. artic. 6. sect. 3. disputat. 25. membr. 3. num. 28. ubi loquens, præsertim de salutatione, & alloquutione, sic affectu. Hæc eodem modo debentur inimico, quo aliis. Videndum ergo erit qualiter hominibus debita sunt. Dicendum est primò, alloquutio, & conuersatio non sunt de generalibus signis dilectionis, quæ omnibus hominibus debentur, sed de specialibus: sunt tamen de generalibus inter valde coniunctos; & idè non debentur, nisi coniunctis. Secundò, saluatio anticipata nulli debetur, nisi quibusdam personis dignitate præcellentibus honoris causâ. Tertio, relatio, & responsio omnibus hominibus debita est virtute affabilitatis, præsertim conciuibus. Quarto, omisso alloquutionis, & salutationis, etiam quando debita est, non est regulariter peccatum mortale: nam opponitur affabilitati, quæ non est tantæ obligationis, nisi fortè ex circumstantia personæ, & aliis cederet in magnam iniuriam, vel propter scandalum, quod ratio sit, & prudentis arbitrio discerni oportet. Ita Lorca, ex quibus num. 30. infert, non esse certum peccare mortaliter eum, qui occurrentibus pluribus, inter quos est inimicus, salutat omnes, excepto inimico. Primò, quia, vt dictum est, omisso salutationis, etiam debita, regulariter non est peccatum mortale. Secundò, quia potest id facere, non in odium, & repullam inimici sed in significationem proprij grauius, & iniuria. Hæc Lorca, licet non approbentur à Filliocio, Syluio, & aliis, *ubi supra*, præsertim quando prius inimicus salutauit. Non reticem etiam Valer. in differentis utriusque fori, ver. remissio, differ. 2. num. 4. asserere, negationem alloquutionis, & salutationis propter aliquam inimicitiam, non esse scandalosam inter personas, de quibus non est dubitandum, nec ambigendum, vtum sit animo in aliquem malevolentia suffuso, vt inter patrem, & filium inter Prælatum, & subditum; & inter Religiosos, qui quotidie celebrant, & sunt exemplares; sed hoc vltimum aliquibus displicet. Vide etiam circa præsentem quæstionem Zanard. in direct. confess. par. 2. prac. 1. cap. 17.

RESOL. XXXII.

An si quis obicit alicui verum crimen occultum possit illi respondere, Mentiris?  
 Et an sit licitum contumelioso obicere alia crimina, ex quibus adstantes facile credant illum esse mendacem?  
 Et docetur licere defensionem aduersus obicientem crimen verum occultum, non obstante eius morte.  
 Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 26.

§. 1. Licitum est dicere, Mentiris, quando contumeliosus meum crimen sciuit secreto naturali, vt si ab illo consilium petiui, sponso prius secreto naturali; licet enim non sit illius tam stricta obligatio, quam sacramentalis, tamen satis est ad eum obligandum, vt in ea occasione taceat. Secundò licet dicere, Mentiris, quando crimen ita occultum est, vt contumeliosus peccet mortaliter in illo euulgando, quamuis euulgatio esset sine contumelia, tunc enim Mentiris significat me illud crimen non admisisse, vt ab aliis sciat, & ita docet Hurtadus de Mendoza in 2.2. disput. 70. sect. 14. §. 121. & à fortiori hanc sententiam docet Bañez in 2.2. quest. 64. artic. 6. dub. 4. vers. ad argumenta,

vbi docet licere defensionem aduersus obicientem crimen verum occultum, non obstante eius morte, quam de crinam sequitur etiam Mendoza *ubi supra*, sect. 8. §. 67.

2. Notandum est etiam hic quòd licet non sit licitum obicere contumelioso alia crimina, quæ non sunt per se vilia ad depulsionem iniuriæ, sed sufficit dicere, Mentiris, tamen si adstantes non sunt credituri illum esse mentitum, potest illi obici aliud crimen, ex quo adstantes facile credant illum esse mendacem, quia illa noui criminis obiectio est vilis, & necessaria ad tuendum honorem. Ita Hurtadus *ubi supra*, sect. 14. §. 117. iuncto §. 120.

RESOL. XXXIII.

Vtrum liceat respondere iniuriam, Mentiris? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 16.

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui ab excellentissimo heu quondam domino meo domino Ioanne de Aragona Duci Terræ nouæ, qui mihi præbuit responsum cuiusdam Theologi inclitæ Societatis leui, quia defensio debet fieri cum moderamine inclipatæ tutelæ, ita vt vitetur quantum potest offensa: vt iniuriatus, cum ipsi dicitur, verbi gratia, es fur, potest se bene defendere replicando, non sum, vel hoc non est verum, absque eo quod dicat Mentiris, quod verbum ex sua natura est offensiuum. Præterea falsum est, quòd illa mentita sit defensio; quia defensio secundum Theologos & Casuistas fit ab iniuria, quam aduersarius vult inferre, non autem ab ea, quæ est illata: si autem seculus fiat, est vindicta, & sic non est licita. Neque enim in hoc debet attendi mos militaris, vt vulgò dicitur, *Cavalleresco*, sed mos Christi nostri legiflatoris, qui in terminis, operibus huiusmodi casum definiuit, & reliquit nobis, vt exemplar & legem; cum enim Ioannis 8. dicerent ei Pharisei, *Demonium habes*, non respondit, Mentimini, sed dixit, *Ego Demoniam non habeo*; quod aliàs docuerat discipulos suos *Matth. 5. Sit sermo vester, Est est, non non.*

2. Sed his non obstantibus, tunc affirmatiuam sententiam docui: quia verbum Mentiris, potest assumi vt offensiuum, & vt defensiuum; sed in casu nostro, cum proferatur eo tempore, quo iniuriato fuit illata iniuria, liquido constat ex circumstantia temporis assumi vt defensiuum ad repellendam iniuriam, & quòd per accidens est iniuria. Ergo, &c. Confirmatur primò: nam vt optime obseruat Hurtadus de Mendoza in 2.2. *D. Thoma*, vol. 2. *disput. 170. §. 14. num. 119.* quando blasphemus obicit Deo infamia mendacia, cuiuslibet priuato licet dicere illi, Mentiris, quando alia ratione non potest consuli honori Dei, quæ actio pertinet ad virtutem Religionis; Ergo verbum Mentiris, non est tam intrinsecè malum comparatione hominis priuati, quin aliquando exuens malitiam induat honestatem. Igitur, & quando est mihi necessarium ad propellendum iniustum damnum illi proportionatum. Confirmatur secundò: Ego possum coram Iudice probare licite illum hominem sic mihi iniuriantem fuisse mentitum, & dare operam, vt puniatur pro mendacio & contumelia: ergo licet mihi auctoritate priuata illi obicere hoc crimen, quando est medium per se vile & vnicum ad eluendam maculam, quam ille mihi adperserat iniuste. Et in hoc casu verbum Mentiris est quidem contumelia physice, non vero moraliter: sicut occisio quando est in defensionem inculpam,

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 89 §. Verum, à lin. 4. & seqq.

Sup. hoc in Ref. præterita & in tom. 6. tr. 1. Ref. 89 §. Verum, à lin. 4. & seqq. & in tom. 8. tr. 5. Ref. 10. prope fine vers. Quando vero;

Sup. hoc ne-  
rato signat  
in Resoluci-  
onibus not.  
gratificat.

inculpam, non est absolute homicidium, quamvis sit physice, id est hominis necatio. Et ideo nostram sententiam tenet Hurtado *vbi supra*, Peregrinus de *Duello quest. 3. num. 1. ver. quarto, & num. 6. ver. quartum*. Emmanuel Sa *verb. infamare & fama numer. 4.* Aragonius in 2. 2. *D. Thoma quest. 70. art. 3. concl. 3.* Pitigianus in *pract. Crimin. Cav. in tercio substantiali iudicio cap. 4.* Sotus de *iusiuria lib. 5. quest. 9. artic. 3.* Valentia *tom. 3. disp. 5. quest. 16. punct. 3.* Sayrus in *Clavis Regia lib. 12. cap. 4. num. 12. 13. & 14.* Felinus in *cap. dilecti num. 10. de except.* Bartol. in *l. qua omnia, num. 1. ff. de procurat.* vbi sic ait. Nota quod ei, qui dicit te commississe aliquod crimen, licite potest dicere, *Tu Mentiris*, licet enim retorquere in alium: ita ille; cui adde Farinacium in *pract. crimin. part. 2. tit. de homicidio, quest. 125. part. 7. §. 4. num. 526.* vbi docet quod datur mentita in casu licito ad propulationem illatae iniuriae. Hanc sententiam Hurtadus limitat, quando verbis minus asperis potest iniuria illata depelli, tunc enim non est licitum respondere iniuriato, *Mentiris*, sed inibi asserit, quod hoc in praxi moraliter non potest euenire: contumeliosus enim difficillime speratur se cohibiturum, sed periturum in contumelia semel dicta, aut alias aggressurum.

3. Restat modò respondere ad argumenta illius Theologi. Ad illud igitur, quod aiebat in tali casu, dicendum esse, verbi gratia; Ego non sum Sodomitata; Hoc non est verum, Respondeo quod ista simplices negationes sunt velatae mentitae; sed cum iniuria illata sit clara & aperta, vt es Sodomitata, cur non licitum erit iniuriato assumere defensionem apertam, quaerita est in hoc verbo *Mentiris*. Adde quod ex istis verbis minus asperis nescio an iniuria depellatur, & sperari possit iniuriantem se cohibiturum.

4. Ad secundum, quod dicebatur verbum *Mentiris*, ex natura sua esse offensiuum, patet responsio ex his quae obseruauimus supra, adducendo rationes pro nostra sententia.

5. Ad tertium, quod haec potius est vindicta, quam defensio, prorsus negandum est: nam iniuriatus eodem tempore, quod accipit iniuriam à contumelioso, statim ei respondet, *Mentiris*: ergo non infert ei iniuriam, sed à sibi illata se defendit: hoc enim verbum *Mentiris* in isto casu non est proprie iniuria, sed repulatio iniuriae, & defensio, cum proferatur eodem tempore, quo ille iniuria est affectus.

6. Ad quartum, respondeo optimum esse sequi exemplum Christi, & eius consilia: sed inde non videtur consequi esse praecipuum, quod est perfectionis exemplum.

## RESOLVTO XXXIV.

An licitum sit suadere minus malum ad euitandum maius?

Et an hoc intelligatur in volente adulterium committere, & suadere, vt cum tertia persona fornicetur?

Et volenti furari Petro 100. aureos, consulere v.g. vt furetur 50. Paulo?

Et an quis possit suadere furi volenti furari Petro 100. & simul 50. Paulo; vt furetur 50. Paulo? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 37.

Sup. hoc in  
Res. seq. & in  
tom. 5. tr. 6.  
Res. 45. si-  
gnaret ad  
medium, à

§. 1. Negatiue respondent Valentia *tom. 3. disp. 5. quest. 21. punct. 4.* Emmanuel Sa *ver. peccatum, num. 8.* Caiet. in 2. 2. *quest. 78. art. 4. notab. 3.* Azorius *tom. 2. lib. 12. cap. 16. quest. 8.* Couar. in 4. *decret. part. 1. cap. 4. num. vlt.* Gabriel. in 4. *dist. 16.*

quest. 11. artic. 3. dub. 14. & alij. Et ratio est, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, & sic non licet assumere prauum medium, ad obtinendum bonum finem; & nec licet furari, vt des electio molynam, &c. Sed quando suades facere minus peccatum, inducis hominem quantum in te est, hic, & nunc in peccatum. Ergo. Ad id verò, quod aliter, quod ex duobus malis minus est eligendum, respondent id locum non habere in peccatis, quae voluntarie, ac liberè acceptantur, sed in his tantum malis, quorum vnum sustinendi necessitas incumbit. Haec Doctores citati probabiliter.

2. Sed magis probabiliter contrarium iudicandum esse puto, & ita docent Syluius in 2. 2. *D. Thoma, quest. 43. art. 4. queritur 2. conclus. 3.* Rebellius *part. 1. lib. 1. quest. 14. sect. 7. num. 54.* Becanus in 2. 2. *cap. 27. quest. 4. num. 2.* Valquez *opus. de scandalo, art. 1. dub. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 11. num. 15.* Molina *tom. 2. disp. 335.* Medina in *part. 2. quest. 76. art. 4.* Sotus de *inst. lib. 6. quest. 1. art. 4.* Molfesius in *summ. tom. 1. tract. 8. cap. 11. numer. 6.* Nauarr. *cap. 14. num. 40.* Syluester. *ver. vsura 7. quest. 1. Angelus ver. vsura 2. quest. 2.* & alij, praeterquam nouissime Barbosa in *collecl. tom. 4. part. 1. decret. cap. duo mala, dist. 13. num. 11.* Dicendum est igitur, quod si quis omnino decreuit facere magnum peccatum, licet ei suadere minus, quia tale confitium non fertur absolute in malum, sed in bonum, licet euitationem maioris mali, & non simpliciter in electionem mali, quod minus est, sed in electionem eius potius, quamuis, cui consulit, eligat maius. Vnde consulens non dicit ei absolute, Fac hoc malum, neque fac istud; sed conditionaliter, si omnino decreueris malum facere, potius elige minus; quasi diceret, facit tibi facere minus, & abstinere à maiori.

3. Ex his apparet quod si viderem Petrum velle, & certò statuisse adulterium committere, & non possem aliter ab hoc proposito illum reuocare, nisi licendo fornicationem loco adulterij, tunc licitum est ei suadere fornicationem; non quatenus ipsa peccatum est, sed quatenus impedit peccatum adulterij, quod aliàs sequutum fuisset.

4. Sed haec omnia limitanda sunt, vt tali susceptione nullum damnum, seu corporale seu spirituale tertiae personae inferatur; vt v. g. volenti adulterium committere, suadere non licet, vt cum tertia persona fornicetur, & volenti à Petro furari 100. aureos, suadere, vt furetur 50. à Paulo. Ita Layman in *Theolog. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 7.* Secus autem, vt aduertit Malderus in 2. 2. *tract. 4. cap. 2. dub. 3.* si fur simul rem Petri, quae valeat centum, & rem Pauli, quae valeat solum quinquaginta, cedat sit ablaturus alteram; sed dubitare, vtrum auferre velit, si tu impedire eum nequeas aliter, potest sine obligatione restitutionis suadere, vt potius rem Pauli auferat, (si modò eam auferendam cogitabat cum re Petri,) suadere, inquam, id potest, in genere, inculcando auferendum potius illud quod minus est, & hoc esse minus; quia Paulo non facit iniuriam, dicendo furem à maiori furto potius abstinere debere, aut hanc rem esse minoris pretij; neque enim fur tali iudicio proprie disponitur ad iniuriam inferendam; sed malitia sua infert noxiam conclusionem, Paulum re sua esse priuandum. Haec omnia Malderus ex Salonio.

## RESOL. XXXV.

An sit licitum sine peccato scandali consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud euenire? Ex

hoc in Ex part. 5. tractat. 7. Resolut. 18.

¶ **V**G Aliquis vult efficere adulterium solum, nihil cogitans de fornicatione, an possum consulere fornicationem, si nolit abstinere ab adulterio, & sic in similibus? Negatiue respondet Caltrus Palaus tom. 1. tra. 6. disputat. 6. punct. 6. num. 9. & Hurtado de Mendoza in 2. 2. disput. 173. sed. 10. §. 110. quia iam illius peccati quod consulis, verè tu causa es, & verè peccatorem ad illud inducis, etiam si recto sine procedas. Ergo peccas. Item ille peccator non recto medio vitatur ad vitandum malum graue operando minus. Ergo neque tu rectè illi consulis, cum consulis operationem minoris mali, vt grauius euitet. Iis argumentis pressi DD. primæ sententiæ, dicant in persuasione minoris mali non malum persuaderi, sed electionem, seu antepositionem minoris ad maius, quæ antepositio ex suppositione determinationis voluntatis ad maius malum necessariò faciendâ est, si rectè procedatur. At quis non videat hoc esse illudere verbis; cum enim electio minoris mali quantumcumque à praua & determinata voluntate mali maioris procedat, mala sit, persuasio & consilium illius mala semper erit. Neque vnquam datur præceptum eligendi minus malum, sed potius datur præceptum abstinendi ab illo, & à grauiori.

2. Verùm ego contrariam sententiam non minus probabilem esse puto, quam tuetur Valquez opus. de scandalo, quest. 43. artic. 1. dub. 1. num. 9. quia in moralibus res sunt accipiendæ secundum communem existimationem, adhuc etiam licitum videtur suadere minus malum ei, qui antea non erat paratus illud committere, neque de illo cogitabat, vt si aliquis dissuadeat alteri adulterium, & cum nihil ab eo obtineri possit, non erit peccatum proponere ei fornicationem, tanquam minus malum ad explendam libidinem, quam alio modo dissuadere non potest. Hoc autem probatur ratione superius allata, quia licitum est suadere alicui, vt minus peccatum committat, non signando materiam; ex hoc autem consilio sequitur, vt qui habebat propositum adulterij, eligat fornicationem. Ergo licitum erat fornicationem proponere tanquam minus malum. In hoc tamen paulatim procedendum est, vt primò dissuadeatur peccatù simpliciter, quod si obtineri non poterit, suadeatur deinde minus peccatum, & proponatur materia. Ita Valquez, quem postea sequitur Turrian. in 2. 2. tom. 1. disput. 95. dub. 6. ver. mihi autem, & nouissimè hanc sententiam docet etiam Basil. Pontius de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 5. num. 16. vbi sic ait. Qui suadet minus malum ei, qui paratus est committere maius malum, non simpliciter suadet malum, sed tantum intendit vitationem maioris mali, quod quidem non solum verum est, cum ille cui præbetur consilium, paratus erat vnus ex illis duobus malis facere, sed etiam non esset paratus illud minus committere, neque de illo cogitaret, vt si quis dissuadeat alteri adulterium, & nihil ab illo obtineri possit, non erit peccatum proponere ei fornicationem tanquam minus malum ad explendam libidinem, quam aliter dissuadere non potest. Atque id conuincunt quæ ex Cheslotomo & Augustino adduximus, & hac etiam ratione excusatur factum Lot. Gen. 15. & illius Leuite Iud. 15. qui suaserunt fornicationem nefarii hominibus, vt hac ratione euitarent peccatum contra naturam. Et quamuis Lot reprehensibilis videatur ex eo, quòd filiarum curam non habuerit illas prostituendo, excusatur tamen propter bonam fidem quam habuit, vt constat ex 2. Petri, cap. 2. qui eo tempore quo eductus est de Sodomis, scribit iustitiam fuisse apud Deum: Hinc etiam excusantur illi

decem viri, qui occurrerunt Ismaeli, & ostenderunt thesauros offerentes materiam furti, vt vitarent homicidium. Hæc Pontius.

3. Non desinam tamen hic adnotare Hurtadum de Mendoza vbi supra, §. 119. licet teneat primam sententiam; proponere tamen alium modum in his occasionebus, vt proximus auertatur à maiori malo sine peccato, dicit mihi licitum esse proponere Antonio materiã noui peccati, de qua ipse nihil cogitabat, dum modo non sequatur inde terrij ruina. At non possum illi quid persuadere, aut cõsultare etenim propositio illius obiecti est aut indifferens aut bona v. g. Antonius est certus in Venerem præpoteram, quem ego spero ab ea reuocandum, si illi veniat in mentem alicuius femina pulchritudo. Ego verò dicam, Talis femina est pulchra; aut dicam, Maior voluptas capietur ex congressu cum muliere, quam cum viro. Hæc duæ positiones sunt de se indifferentes, hæc autem propositio: Minus peccatum est congressus cum femina, quam cum viro, hæc, inquam propositio est bona. Quas ego profero ex animo impediendi maius malum, & ex simplici affectu, vt Antonius ex suppositione quòd sit peccaturus, eligat minus malum; at verò non possum consulere, nec persuadere illud obiectum, & quidem illæ representationes neque sunt consilium, neque persuasio, neque per se sunt causa, quòd Antonius peccet. Hic tamen & nunc ego existimo illum peccaturum; at id est per accidens respectu propositionis vt à me fit, quia ille ex sua prauitate mouetur, non ex vi meorum verborum. Nec ego teneor propter scandalum purè passiuum Antonij abstinere à representatione bona, aut honesta alicuius obiecti, quando mihi suppetit honesta ratio maioris boni ipsius Antonij. Consilium autem & persuasio non possunt excusari, quia sunt causa morales effectus, cum quo maiorem habent connexionem, quam simplex representatio obiecti; & quidem Deus multa nobis representat, quæ nobis non consilium, nec absolutè, neque conditionatè. Et hæc omnia docet Hurtado loco cit. Sed ego puto secundam sententiam satis probabilem esse, & tutam in praxi.

## RESOL. XXXVI.

An sit licitum volenti subripere nummos pauperi consilium, vt diuiti succipiat, determinando etiam personam?

Et an teneatur ratione huius consilij restituere, si furtum alicui diuiti factum sit?

Et quid, si in dicto casu persona diues furanda non determinaretur, an in tali casu, qui dederit consilium non peccet, nec teneatur aliquid diuiti restituere, si furtum sequatur?

Et an licitum sit, quando quis proposuit committere maius furtum, consulere vt furetur minus ab eadem tamen persona; & in tali casu licitum sit cooperari cum illo, & adiuuare ad minus furtum, & secus in consilio abscissionis membri, ne committatur homicidium, quia in hoc non licet cooperari ad abscissionem, propter eundem finem? Ex p. 5. tract. 7. Ref. 19.

¶ **N**egatiue respondet Castr. Palaus tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 6. num. 12. vbi sic ait. In hoc casu dupliciter te potes habere, vel consulendo furtum diuiti, vel illud proponendo. Et quidem si solum proponas conuenientiam, quæ rellucet in anteposendo pauperem diuiti, vt si dicas, minus peccatum est; minorque iniuria inrogatur diuiti,

Ad fulciendam doctrinam huius præcedentis Ref. & ex Ref. 1. post præteritã signanter in §. 15.

diuiti, quam pauperi, ac proinde casu quo vnum illorum sit faciendum, minus malum est eligere furtum diuitis, quam pauperis nulla est culpa in tali representatione, quia ibi tunc non est consilium, neque inductio, aut persuasio, vt de se constat. At si verè inducis ad furtum diuitis, sine dubio peccas: quod probò, quia tuum consilium tendit ad commutandam prauam voluntatem furis non in aliquod bonum, sed in aliud malum, et si minus, tendit enim loco furci faciendi pauperi subrogare furtum faciendum diuiti: Ergo præteris ad aliud furtum ab eo, ad quod fur erat determinatus, determinare: ergo peccas, quia esse personam diuitis indeterminate non obstat, quominus furtum, ad quod inducis, aliud sit ab eo, ad quod erat prius fur determinatus & à quo præteris remouere. Adde si inducere ad furtum determinando personam, omnes præter Valquez conueniunt te peccaturum, quia iniuriam irrogas, eo quod causa determinata sis illius damni, quod alia non esset faciendum, si tuum consilium non adesset: sed quando non determinas personam, etiam es causa damni, et si non determinati, vagè sumpti, hoc est, huius, vel illius diuitis: ergo peccas. Meritò enim omnes diuites de te conqueri possunt quod voluntatem furis ad illos inclinaueris, alia non inclinandam. An verò tenearis ratione huius consilij restituere, si furtum alicui diuiti factum sit? Thom. Sanch. et si concedere sit consilientem peccare, non obligat ad restitutionem, si quidem lib. 7. de matrim. disp. 11. num. 23. affirmat consilientem minus damnum ei, qui alia via auerti non potest à maiore, non esse obligatum restituere, quia consilium, inquit, bonum est in substantia, cum sit de minori malo comparatione maioris, & solum sit malum in modo, quia est contra charitatem, quæ obligat vt omnia mala vitentur. At dicendum existimo obligationem esse restituendi, si diuiti factum sit damnum, quia fuisti causa positiua illius: nam licet non fueris causa vt huic diuiti potius, quam alteri damnum sit factum, quia tamen fuisti causa vt alicui diuiti fieret, consequenter fuisti causa huius in particulari. Quis enim neget te obligatum esse restituere, si aliquem non cogitantem de furto ad furandum inducas, et si innominata persona cui debeat furtum fieri? Ergo hæc vniuersalitas non obest obligationi. Ita Castus Palaus; & nouissimè Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 173. sect. 10. §. 156.

2. Verùm non definam adnotare contrariam sententiam propter Valquez, vt visum est, quem citat Castus Palaus, docere etiam Basilium Pontium de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 5. num. 28. & Turri. in 2. 2. tom. 1. disp. 95. dub. 6. vbi sic asserit. Addit Sotus non esse licitum consulere minus furtum faciendum ex bonis alterius personæ distinctæ ab illa, ex cuius bonis faciendum erat maius furtum, quia hoc esset vni inferre iniustitiam, ne alteri inferretur, quod nulla ratione videtur licitum. In re tamen non omnino certa mihi probabilis est tale consilium esse licitum, quando nulla alia ratione posset quis retrahi à maiori illo peccato committendo, quia consulere minus malum in hoc casu peccatum non est. Deinde is cui inferitur iniuria: respectu consulentis non est rationabiliter inuitus, quia ille tantum suasis minus furtum, ne latro illo committeret maius peccatum, esset autem respectu latronis rationabiliter inuitus. Ita Turrianus.

3. Nota tamen hanc secundam sententiam ( si persona furanda non determinaretur ) contra Palaum docere etiam Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 11. n. 24. & 25. cum Molina de iust. tract. 2. disp. 335. afferentes licere volenti surripere pecuniam pauperi consulere, vt à diuite surripiat, non determinando diuitis personam, quia non inducis ad aliquod

peccatum, ad quod ipse fur inductus non sit, sed potius eius, prauam voluntatem temperas, ipse enim cum ad furandum à paupere inductus sit, absolute inductus est ad furtum committendum, quia in quolibet indiuiduo species & genus continetur. Ergo cum rogas vt à furto pauperis abstineat, & furtum diuitis committat, cum non determines, cui diuiti faciendum sit, relinquis eius voluntatem in determinatione priori; ergo non peccas. Aduerte etiam contra Palaum num. 13. in tali casu nullam adesse obligationem diuiti restituendi, si fortè furatus sit. Ita Sanchez loco citato.

3. Imò quando qui proposuit committere maius furtum, consulitur vt furetur minus, ab eadem tamen persona, non solum, inquam, in tali casu licitum est tale consilium, sed etiam licitum est cooperari cum illo, & adiuuare ad minus furtum, ne maiorem quantitatem furetur. Ratio est, quia in ea operatione dominus illam patitur iniuriam, nec potest esse rationabiliter inuitus ex eo, quod alter cooperetur ad minus furtum, cum potius censetur cooperere rebus domini, & idem facere, quod dominus ipse faceret, si prærens esset, qui libenter offerret quod minoris valoris esset, vt retineret quod maioris momenti est. Dixi autem hoc verum esse in his bonis, quorum quibus dominus est, quia in aliis, quales sunt bona vitæ, & corporis, quamuis licet minus consulere ne committatur maius, vt abscissionem membri ne committatur homicidium, non tamen licet cooperari ad abscissionem propter eundem finem. Cuius ea ratio discriminis est, quia illorum bonorum alter est dominus, & præsumitur rationalis domini voluntas, quia sua voluntate disponere potest de rebus illis. At verò in aliis bonis non potest præsumi ea voluntas, cum ille alter, qui damnum passurus est, non sit dominus vitæ & corporis. Et ita docet Basilium Pontium vbi supra de matrim. lib. 5. c. 18. §. 5. num. 28. Valquez opusc. de scandalo art. 1. n. 13. Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 95. dub. 2. & Hurtadus loco citato §. 122.

## RESOL. XXXVII.

An ad vitandum peccatum Turij licitum sit pronuntiare illum ad se inebriandum, cum hæc sit vera inductio ad malum, & scandalum actuum? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 43.

§. 1. Negatiuè respondet Auctor casum conscientie ( asserunt mihi esse P. Carolus Zambertum Societatis I. E. S. V. ) Bononiæ dilectorum anno 1638. mensè Iunio cas. 1. fol. 41. Qui nunquam licitum est inducere aliquem ad actionem, quæ ita intrinsecè mala est, vt sine peccato fieri non possit: talis autem est voluntaria ebrietas, solius voluptatis causa suscepta, non enim est minus intrinsecè mala, nec minus absque peccato fieri potest, quam sit mentiri, aut blasphemare, vt probat & docet Layman lib. 3. sect. 4. de temperantia, num. 5. & 6. Ergo, &c. Falsumque est licere inducere hominem ad peccatum minus committendum, quod ille committere nec formaliter, nec virtualiter decreuerat, ( vt euenit in proposito casu, cum hæc sit vera inductio ad malum peccati, & scandalum actuum per se intrinsecè malum, quippe repugnans præcepto naturali negatiuo: Ne inducas alterum in peccatum: siue, Ne alteri auctor, sis peccati cuiusquam. Verum autem est licitum esse inducere hominem ad peccatum minus committendum, si inductio fiat ad minus peccatum, vt minus est; ita vt alteri sua deatur non

non totum peccatum, quod certo animo concepit, committere, sed partem dumtaxat, formaliter aut virtualiter inclusam in toto: tunc enim non suadetur homini, ut malum peccati faciat, sed ut saltem aliquam peccati partem non faciat, si à toto abduci non possit.

2. Sed his non obstantibus Lessius contrariam sententiam tenet *lib. 4. cap. 3. dub. 4. num. 33. & seq.* ubi sic ait. Petes. Quid si grande aliquod malum impendens non possit alia ratione impediri, nisi inebriando auctorem, qui in lud machinatur: utrum tunc licitum sit illum inebriare? v. g. aliqui meditantur provisionem oppidi in certam horam: vel impediunt, ne oppidum, quod est in rebellium hereticorum potestate, suo Principi condito tempore tradatur: nec supererit mihi villa facultas id advertendi, nisi eos laute excipiendo & sopiendo per potum item captus à volentibus deducor ad tabernam, & spes est euadendi, si eos inebriauero. Respondeo hoc casu videri licitum prouocare ad æquales haustus, & alterum inebriare, hoc est potu confopire: id est que in secunda assertionem dixi, nisi iusta causa excuset. Probat, quia licitum est suadere, & inducere ad minus malum, ut impediatur maius, ut communiter Doctores tradunt: atqui hic nihil aliud fit. Ergo, &c.

3. Sed aduersus Lessium insurgit nouissimè Ioan. VVigers *de iust. & iur. tract. de temperantia, cap. 2. dub. 7. num. 11. & seqq.* Quia si mihi liceat virginem æquales haustus alterum inducere ad intemperantiam, & ebrietatem, ut non exequatur malum contra Rempublicam, quo machinabitur, videbitur & licere mihi ducere illum ad lupinar, & ad libidines concitare, ut voluptatibus carnis quasi absorptus non periciat malum grande quod meditabatur, si aliter non possum illud impedire. Confirmatur, quia sicuti fornicari est actus per se malus contra naturalem legem temperantiam, ita quoque scienter se inebriare: si igitur mihi liceat inducere modo dicto ad ebrietatem, ita ut malitia huius inductionis abstergetur, quia fit in ordine ad maius malum præueniendum; cur non similiter malitia inductionis ad fornicandum abstergetur, quia ex ordine ad eundem finem fit: aut si ista actio mea prior sit dicenda non habere rationem inductionis ad malum, sed tantum impeditionis mali maioris: quare non idem dicendum erit de actione altera posteriori quam vtrum aliquis admitteret in illo casu licitam nescio: mihi sane videretur illa doctrina valdè reprobanda. Ita VViggers.

4. Sed sententiam Lessij probabilem putat Auctor casuum Bononiensium, & absolutè illam docet Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 60. diffinit. 6. numer. 9.* ubi sic ait. *Mas si succidiese se que alqueno quisiese hazer algun gran mal, el qual no se podria impedir, sino es embriagandole, seria licito brindarle uno que tiene buena cabeza, para embriagarle, como dize Lessio, y lo mismo dixes euando tuuiesesen à uno preso unos saltadores, que no se puede librar dellor sino es embriagandolos. La razón es, porque es licito persuadir, o induzir a menos mal, para evitar el mayor y esto es lo que a qui se haze, y no basta dezir, que non sunt faciendà mala, ut inde eueniant bona, porque el persuadir à otro el menor mal, aunque el otro lo entienda, para evitar en el mayor, no es hazer mal.* Ita ille: Vnde ego puto hanc sententiam probabilem esse, licet contrariam existimem probabiliorem.

## RESOL. XXXVIII.

*An si quis minaretur alicui mortem, nisi se vino oppleret, licitum sit se inebriare, modo scandalum absit?*

*Et an si quis ebrius fiat, ut Tyranni, vel hostis sanitarum fugiat, peccet? Ex p. 6. tr. 3. & Milc. 2. Resolut. 44.*

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Ioan. VVigers *de iust. & iur. tract. de temperantia, cap. 2. dub. 6. num. 26. & seq.* Ex autoritate D. Augustini *serm. 231. de tempore*, ubi circa initium sic scribit. Qui enim alterum cogit, ut se plusquam opus est bibendo inebriet, minus malum ei erat, si carnem eius vulneraret gladio, quam animam eius necaret. Vbi manifestè supponit Augustinus illum, qui etiam coactus se inebriat, necare animam suam, atque adèd mortaliter peccare: & ne quis dicat Augustinum loqui tantum de illis, qui magis sua voluntate, quam ex coactione, aut vero metu mortis se inebriant, adiungenda sunt hic ea, quæ habet *serm. 232.* ubi calum quasi in terminis ponit, dum ita scribit. Etiam si ad hoc veniretur, ut ubi diceretur: aut bibas, aut morieris: melius erat ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Eandem sententiam D. Augull. sequitur Azorius *tom. 1. lib. 7. cap. 33. quæst. 5. sub finem*, dum sic scribit. Si quæras, an si quis ebrius fiat, ut tyranni vel hostis læuitiam fugiat, peccet? Respondeo cum Caiet. 2. 2. *quæst. 150. artic. 2.* peccare; quia non sunt faciendà mala, ut eueniant bona.

2. Non definam tamen adnotare sententiæ affirmatiuæ adherere Lessium *lib. 4. cap. 3. dub. 4. num. 31.* quia id licitum est causa medicinæ ad pellendum, vel arcendum morbum: cur non etiam ad vitandam mortem ab alio intentatam? Respondet Caietanus quia non est medium per se ordinatum ad hoc, sicut ad illud: vnde ibi ille potus non censetur immoderatus; hic verò censetur. Sed hoc non satisfaciunt: nam licitum est ad vitandam mortem multa facere, quæ per se ad hoc non sunt ordinata, sed solum ex malitia alterius. Sic *suprà, lib. 2. cap. 9. dub. 14.* ostensum est, probabile esse licere sibi amputare manum, vel digitum iubente Tyranno ad mortem redimendam, & tamen hoc nullo modo per se est ad illud idoneum: & extra illud periculum est etiam graue peccatum. Secundò ob similem causam possum teiuinare plusquam valetudo ferat, aut ratio virtutis abstinentiæ extra illum casum, cur non similiter amplius bibere & comedere? Tertio possum velci fungis aut aliis rebus noxiis, bibere copiam vini eliquati, etiam cum periculo febris, possum haurire medicamentum valetudini noxium, & similia: quæ tamen extra illam necessitatem nullo modo essent licita: sicut ergo ista non sunt contra virtutem, quando sunt necessaria ad mortem vitandam, ita nec immoderatus potus contra virtutem erit: quia cum omnibus illis circumstantiis in ordine ad salutem corporis re vera immoderatus non est: sicut enim licitum est lædere sanitatem, & corporis integritatem ad vitandam mortem ex alterius malignitate impendentem; ita etiam licitum est lædere rationis vsum ad breue tempus ob eandem causam: etsi enim dominium istorum non habeat, tamen habet custodiam in ordine ad bonum totius, ac proinde potest de illis disponere prout necessarium ad salutem totius: denique priuatio rationis hic non est intenta, sed solum permissa, quam non tenetur cum tanto suo malo impedire. Hucusque Lessius, cui adde Villalobos



Villalobos in *Summa*, tom. 2. tract. 60. difficult. 6. n. 5. vbi sic ait. [El que de consejo de los Medicos beuisse una gran vez de vino, con que perdiesse el juicio, no se ha dallamar embrigado, como dize Syluestro, Cayetano, Navarro, y Lessio. Loqual podria acontecer en vn subitano temor de peste, quando no se hallassen otros remedios, & le mandassen para esto beuer mucho vino bueno, o contra vn malesicio, o por otra causa semejante: porque esto no es contra la templança; mas quando ay otros remedios non sera licito, aunque sea de consejo del Medico, como dize Cayetano. De loqual se sigue, que tambien podria vn hombre embriagarse, quando fuisse necessario para evitar la muerte, como tiene Lessio, contra Cayetano, dixiendo que fueron desta opinion muchos hombres doctos de la Vniuersidad de Louayna consultados sobre este caso. Ita ille.

3. Vnde immerito tam acriter vbi supra VVigers inuehitur in Lessium, cuius opinionem probabilem esse puto cum Layman, lib. 3. sect. 4. m. 5. vbi ita asserit. Non improbabiler ait Lessius licitum esse inebriari mortis vitandæ causa, quam tibi aliquis per violentiam minatur: nisi propinanti respondeas, modo scandalum absit, neque cedat in contemptum virtutis temperantiæ à Christianis seruandæ. Probat: si enim ad redimendam vitam à Tyranno fas est sibi ipsi manum, vel pedem amputare, cur non etiam rationis vltimam ad breue tempus sibi adimere? Repognat tamen Caietanus 2. 2. quæst. 150. art. 2. ad 3. imò & S. Augustinus *serm.* 232. Etiam si ad hoc veniretur, inquit, vt tibi diceretur, aut bibas, aut morieris: melius erat, vt caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed Lessius respondet S. August. id dixisse propter ea, quæ per accidens coniuncta esse solent. Hac Layman. Vnde secundum hanc sententiam si aliquis prouocet se ad duellum, vel inuadat gladio, nisi æqualibus cyathis respondeas, potest respondere cum periculo inebriandi.

## RESOL. XXXIX.

An aliqua facta ebriorum non reputentur peccata, quæ alioquin essent.

Et an fornicatio in somno contingens, ac prauisa sit necessario cauenda?

Sed inter alia, quæ ex doctrina prædictæ questionis inferuntur, vltimo queritur si quis ante ebrietatem, vel antequam subsequantur talia peccata externa, confiteatur, & accuset se de causa data, an teneatur postea confiteri, si dicta peccata subsequantur?

Et quid in supra dicto casu, si peccata illa commissa in ebrietate, si prior voluntas fuerit per penitentiam interrupta, an inducant ex communicationem, irregularitatem, & restituenti obligationem? Ex p. 3. tr. 6. & Milc. 2. Ref. 52.

Sup. conten-  
to in hoc §  
Vide doctri-  
nam Resolu-  
tionum dua-  
rum sequen-  
tiam, anno-  
tationum.

§. 1. **A**firmatiuè respondet Pater Valquez cap. 2. tom. 1. disp. 227. cap. 3. n. 11. vbi sic ait. Vltimò addendum est, multa dicta, vel facta ebriorum non reputari peccata, quæ alioquin essent: id quod verum est etiam si præuideantur, quia in hominum æstimatione non censentur iniuriola, qualia sunt aliqua dicta, vel facta, quæ alioquin in sanamente iniuriola essent; nempe dicta, facta, & contumelia, ex quibus non sequitur aliis vltimò detrimentum, mors tamen, & damnum illius temporale peccatum est, quia re vera proximum lædunt. Sunt etiam alia peccata, quæ facta in ebrietate non imputantur, quia postulant scienter facti, vt imputen-

tur; huiusmodi est peccatum blasphemie, infidelitatis & periurij; nam qui non videt, vel dubitat esse falsum quod iurat, periurus non est, & peccata carnis, vt fornicatio, & pollutio imputantur ebrio; si vero hæc peccata in somno eueniant, non item, quia cum somnus sit causa naturalis, ebrietas vero præter naturam mirum non est, si aliqua quæ in somno eueniunt non imputentur, quæ vero in ebrietate accidunt imputentur, damnum autem proximi vtroque modo carere debemus, ne eueniat, vel ex somno, vel ex ebrietate alioquin imputabitur. Hac Valquez quæ mente tenenda sunt à Confessoribus.

2. Non desinat tamen adnotare, aduersus Valquez quod ad peccata blasphemie, periurij, & infidelitatis contrarium docere Thomam Sanchez in *Summa* tom. 1. lib. 1. c. 16. n. 44. Medinam in p. 2. q. 7. art. 5. concl. 4. Caietanum in 2. 2. q. 150. art. 4. dub. 2. & alios afferentes dicta peccata, licet in se non sint voluntaria, nec scienter facta; attamen in causis sunt voluntaria, cum sint prauisa, nec in hoc comparari debent factis. His tamen non obstantibus opinionem Valquez docent etiam Salas in p. 2. tr. 13. disp. 5. sect. 14. n. 114. Sayrus in *Clam Regia* lib. 2. c. 6. n. 42. & nouissimè Adamus Tannerus, vir quidem doctus in part. 2. disp. 4. q. 3. dub. 3. n. 65.

3. Addit etiam Sanchi vbi supra, contra eundem Valquez, non esse veram, fornicationem in somno contingentem, ac prauisam non esse necessariam cauendam, quia cum sit in damnum prolis, omnino cauenda videtur, sicut de peccatis in damnum tertij dicit ipse Valquez. Sed vtraque opinio est probabilis.

4. Notandū est etiā hic obiter contra Sotum in 4. disp. 1. 2. q. 1. ar. 7. Medinam in p. 2. q. 7. ar. 5. Henricum lib. 8. c. 5. n. 2. in glossa, littera F. Sanchi de *matrimonio* 3. lib. 9. disp. 4. 5. n. 28. Salas in p. 2. tr. 13. disp. 5. sect. 9. Becanū p. 2. tr. 2. c. 3. q. 6. n. 8. Tannerum in p. 2. disp. 4. dub. 3. n. 35. & ibi Suarez tract. 5. disp. 3. sect. 4. n. 5. opera in ebrietate contingentia, & omnia alia, quæ efficiuntur quando non manent amplius in potestate operantis, non informati malicia aliqua morali, & per consequens non esse peccata, neque denominatione extrinseca à malitia causæ, sed esse quosdam peccata præcedentis effectus, sicuti quando quis occidit hominem, mors non est peccatum, sed peccati effectus. Et ita docent Valquez in p. 2. tr. 10. 3. disp. 9. 40. 2. & seq. Azorius 10. 1. lib. 1. c. 7. q. 1. Saurus in *Clam Regia* lib. 2. c. 6. n. 16. Herrera in 2. sent. disp. 20. q. 8. & ipse inter ueritatis, vt Sanchez in *sum.* tom. 1. lib. 1. c. 16. n. 46. hanc opinionem probabilem esse putant.

5. Dicendum est tamen, stando etiam in prima intentione, quòd si quæpiam ante quæ subsequantur dicta peccata externa, peniteat causa data, & per consequens non erunt vocata formaliter, & in se peccata, quia per penitentiam causa eorum fuit interdicta, & ideo sunt peccata inuoluntaria. Ita Sotus in 4. disp. 1. 2. q. 1. ar. 7. Henricus que 2. vbi supra. Medina in p. 2. q. 7. art. 5. Becanū p. 2. tr. 2. c. 3. in fine, Gratius in *decois* p. 1. lib. 2. c. 8. n. 14.

6. Imò ego puto cum Soto vbi supra, Sanchi de *matrimonio* 10. 3. lib. 9. disp. 4. 5. n. 29. Salas in p. 2. tr. 13. disp. 5. sect. 8. n. 59. & aliis, quòd si quis ante ebrietatem, vel antequam subsequantur talia peccata externa, confiteatur, & accuset se de causa data, non teneatur postea confiteri si dicta peccata subsequantur; sed plus adhiberi debet penitentiam, si dicta peccata subsequantur, vt dictum est, fuerit per penitentiam interrupta, non inducere excommunicationem. Sed contrarium docet Valquez in p. 2. disp. 94. c. 4. in fine. Azorius tom. 1. lib. 1. cap. 7. q. 1. & alij, afferentes in tali casu supradicta peccata inducere irregularitatem, excommunicationem, & restituenti obligationem.

7. Limitat tamen hanc sententiam Sanchez. in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. ult. non procedere in peccatis solius oris? Nam si excommunicatio lata esset in peritium, non includeretur peritium volutum in sola causa, vt est in casu nostro, & idem docet Suarez de Religion, tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 6. in casu simili, nempe de excommunicatione lata in peritium, docet enim in excommunicatione non includi peritium inaduertenter prolatum ratione consuetudinis.

RESOL. XL.

An qui edit vsque ad vomitum, peccet mortaliter Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 40.

§. 1. DE hac questione olim mihi quaestio fuit cum quodam Religioso, Dominicano, viro quidem docto & amicissimo, ille enim agentem sententiam sustinebat, ego negantem, quam nunc etiam teneo, & tenet nouissimè Ioannes Henriquez in compend. casuum moral. cap. 29. num. 9. vbi sic ait. Algunos Doctores an firmando, que tambien es pecado mortal la gula, quando el hombre aduertidamente come hasta vomitar. Pero otros Doctores afirman mas probablemente, que eso no es mas que pecado venial; porque no ay raxon alguna, que prueue ser pecado mortal, pues no es esto contra algun mandamiento de Dios, ni de la Iglesia, ni es en daño notable de persona alguna, ni se pone en esto el ultimo fin. Sic ille, & ego.

RESOL. XLI.

An peccet offerens alicui occasionem peccandi propter aliquem bonum finem; v. g. apponere occasionem uxori, vt adulteretur, aut famulis vt furentur, vt sic deprehensi respiciant? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 18.

§. 1. CLARUM est licere, v. g. viro suspicanti adulterium vxoris, illam obseruare cum testibus, vt eum possit de adulterio conuincere; nec peccare parentes, vel heros qui filiis, vel famulis non auferunt occasionem aliquam furandi, cum eos ad furandum propensos norunt, vt sic in futo deprehensi respiciant. Ita docent Valentinia tom. 2. disp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 7. in fine, Molina tom. 3. p. 2. tract. 2. disp. 739. num. 8. Vega in summa tom. 1. cap. 120. cas. 1. Sanchez vbi infra, & alij penes ipsum; nam hoc non est cooperari ad peccatum, sed permittere vnum committi, vt plura alia euitentur.

2. Difficultas consistit, an licitum sit in his casibus non solum non auferre, sed apponere occasionem vxori, v. g. vt adulteretur, aut famulis vt furentur. Negatiuam sententiam docet Sanch. tom. de marit. lib. 10. disp. 12. n. 13. cum Emanuel. Sà ver. peccatum, num. 7.

3. Sed Petrus Nauarra de rest. lib. 3. c. ult. in noua edit. n. 104. affirmatiuam sententiam tenet, quam nouissimè sequuntur Layman in Theol. mor. lib. 2. tr. 3. c. 13. n. 5. & Sancius in selectis, disp. 35. num. 12. vbi sic ait. Adhaereo opinioni, asserentium offerentem alicui occasionem ad peccatum, vt deprehensus in illo respiciat, vel ob alium bonum finem, non peccare. Ita ille. Et ratio est, quia id non est formaliter cooperari ad peccatum, sed materiam, & oc-

Tom. V 11.

casione peccati ministrando, illud permittere: non quod permittens intendat malum peccati fieri, sed potius graue aliquod malum impedire.

RESOL. XLII.

His diebus interrogatus fui an qui vulgo Sagiteri vocantur, possint conducere concubinam in domum amasij?

Et quid est dicendum de aurigis deferentibus meretricem ab vno loco ad alium, quam sciunt illuc petere ad peccandum? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 11.

§. 1. Hic casus frequenter accidit, & tunc affirmatiuam sententiam aliqui probabilem esse dixerunt ex auctoritate Azorij tom. 2. lib. 12. c. ult. quaest. 8. asserentis licitum esse famulis deducere concubinam in domum heri, vel alium locum in quo peccaturus est. Sed quia in isto casu Azorij adest tantum simplex comitatus, & non concursus physicus, vt in casu, de quo loquimur, ideo tunc adduxi Franciscum Merollam in disp. Theol. mor. tom. 1. disp. 2. c. 4. dub. 10. corol. 3. n. 280. vbi sic ait. Ex hoc colligitur quid dicendum sit de aurigis deferentibus meretricem ab vno loco ad alium, quam sciunt illum illuc petere ad peccandum? hi enim regulariter excusantur à peccato, quia adest causa non amittendi lucrum, quod ex eo ministerio comparant. Ita ille, & ego.

Sup. hoc infra in Ref. 46. ante medium, & in Ref. 47. ad medium, vers. Addunt & in Ref. 73. §. Ex dictis.

\* Sup. his aurigis in fine Ref. seq.

RESOL. XLIII.

Quis minabatur mortem famulo, si non deferret literas Domine, in quibus ad peccandum prouocabatur, quas sinit, an si hoc faceret peccaret mortaliter?

Et an idem dicendum sit de famulis scribentibus tantummodo huiusmodi literas?

Et quid, si in dictis literis herus petat solum à concubina, vt tali hora ad se veniat, vel ad talem locum, an in tali casu possit tales literas deferre, vel ore hoc nunciare?

Et quid de famulis, quos herus mittit feminam insequantur, vt videant, vbi habitet, vel id inquirant. &c.

Et quid est dicendum de aurigis deferentibus meretricem de vno loco ad alium? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 46.

§. 1. Hic casus in facti contingentia, torfit multorum ingenia, quia contulens multos Theologos interrogauit; & negatiuè respondendum videtur, quia verba sunt intrinsecè mala, & deferre tales literas idem est, ac si deferret internuntium de rebus turpibus. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam docent Sanch. in sum. tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 26. & Rebellius p. 1. lib. 1. q. 14. sect. 7. n. 53. Molfesius in sum. tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 60. & alij, & ita ego tunc etiam consului.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & infra in Ref. 73. §. Ex dictis, & in Ref. 78. §. 2. ad lin. 13. Vers. nec literas heri.

2. Verum aliqui contrariam sententiam putant probabilem; nam videtur dispar ratio de internuntio, & de literis. Nam famulus, qui internuntium de rebus turpibus deficit concubinae heri, directè ac proximè censetur peccato heri cooperari, tanquam instrumentum, quo mediante herus inducit mulierem illam ad peccandum secum, ideo est omnino intrinsecè malum, ac proinde in nullo euentu licitum. At verò de deferre tantum literas ita materialiter, non videtur directè cooperatio ad peccatum, tanquam proximum instrumentum, sed magis remotè se habet, & ideo videtur saltem in aliquo casu extremae necessitatis, vt ad euadendâ mortē sibi comminatâ licitè posset famulus eiusmodi literas deferre. Et ita

hanc

hanc sententiam olim docuit Emanuel Sà ver. peccatum, num. 9

Sup. hoc in Ref. seq. 5. Sed hanc. 3. Sed tu ne recedas à prima opinione; & idem tene de famulis scribentibus tantum huiusmodi literas, quamvis non deferentibus, quia idem cooperandi modus in utroque ministerio inuenitur, licet aliqui hoc etiam negent, quia Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 46. num. 31. asserit, quòd scribere verba turpia, non est intrinsecè malum; ergo potest dari casus, in quo licitum sit famulo scribere heri literas verba turpia continentes; vt si aliàs immineret ei periculum mortis, vel alterius grauis nocuenti. Verùm à sententia contraria non est recedendum.

4. Notandum est verò hic, quòd si herus in dictis literis petat solùm à concubina, vt tali hora ad se veniat, vel ad talem locum, vtiq; in tali casu potest famulus tales literas deferre, vel ore hoc nunciare; quia rem indifferentem continet, cum non ad fornicandum, sed ad solùm aduentum inducant. Et ita docent Molfesius, Sanchez ubi supra n. 26. Azorius tom. 2. lib. 12. c. ult. q. 8. & alij, concurrente iusta causa non solùm famulatus, sed quia dominus malè tractabit, aut è domo eiiciet.

Sup. hoc in Ref. seq. prope finem, vers. Idem dicit. 5. Et idem dicendum est de famulis, quos herus mittit feminam insequutos, vt videant vbi habitet, vel id requirant, ac postea illum certiores faciant, & eo maior causa excusans necessaria est; si femina, quam insequuntur, sit honesta.

Sup. hoc in fine R. prateritæ. 6. Vnde ex his etiam collige, quid dicendum sit de auigis deferentibus meretricem ab vno loco ad alium, quam sciunt illuc petere ad peccandum: hi enim regulariter excusantur à peccato, quia adest iusta causa non amittendi lucrum, quod ex eo ministerio comparant.

## RESOL. XLIV.

An ad euitandum graue damnum liceat famulis deferre literas amatorias concubinae Domini, maxime si contineant verba turpia?

Et quid de scribentibus supradictas literas, quamvis non deferant?

Idem dicendum est de scriptis ad duellum pronocantibus.

Et quid de alijs, qui famuli non sunt, an egeant grauiori causa ad honestandas tales actiones?

Et an sit peccatum, quando famulus, vel ancilla inuauit concubinam ad se ornandum, vel aperit ostium adultero venienti suo hero iubente vel inuacum, vt ascendat per fenestram, vel sternit lectum, &c? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 27.

Sup. hoc in Ref. praterita & in Ref. seq. & infra in Ref. 73. 8. Ex dictis, & in Ref. 78. 8. 2. ad lin. 13. vers. nec literas heri. §. 1. Non licere tradit vterque Ledesma Petrus & Martinus, hic in 2. 2. part. 4. quæst. 17. art. 7. ille in sum. tom. 2. tract. 27. cap. 9. difficult. 3. vbi sic ait: Digo lo segundo, que los criados, o criadas que lleuan billetes, y que lleuan à las tales personas para pecar, y que saben esto, porque es cierto, moralmente hablando o lleuan recados para llamarlos, estos tales sin duda pecan mortalmente: la razon es, porque estos ayudan al pecado, y son como instrumento moral, y causa proxima del pecado que los otros cometen, luego peccado mortal es hazer todas estas cosas. Ita ille, & alij.

2. Et hanc sententiam prorsus tenet Alphonf. de Leone de offic. Confess. tom. 1. recollect. 14. num. 63. Rebellius part. 1. lib. 2. quæst. 14. num. 53. in fine. Bonacina de matrim. quæst. 4. punct. 14. num. 6. Layman lib. 2. tract. 3. c. 13. num. 5. & videtur docere Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 26. &

alij, si literæ contineant verba turpia, quia huiusmodi verba sunt intrinsecè mala, nisi inserantur in sponfos de futuro, & idem dicit Sanchez de famulis scribentibus tantum huiusmodi literas, quamvis non deferentibus, quia idem cooperandi modus in utroque ministerio inuenitur.

3. Sed hanc opinionem Merolla tom. 1. diffin. 2. cap. 4. coroll. 5. num. 287. non omnino probatur, nam contra secundum quod dicit Sanchez de famulis scribentibus tantum literas verba turpia continentes, quòd sit ita intrinsecè malum, vt in nullo proferens euentu licitum esse possit, obstat doctrina eiusdem Auctoris lib. 9. de matrim. disp. 46. num. 34. vbi expresse docet proferre, vel scribere turpia verba non esse intrinsecè malum, sed indifferens, ac proinde eorum honestatem, vel malitiam pendere ex circumstantiis abhibitis ac sine proferentis, vel scribentis; & rationem huius optime reddit, quia cum verba, vel scripturae sint conceptus signa, in tantum erunt praua, vel honesta, in quantum conceptus sunt prauus, vel honesti. At rei turpis conceptus in differens est, potest enim bonum finem, puta ipsius malitiae mortalis inuestigationem, & malum vt Veneris fomitem spectare. Si igitur scribere verba turpia non est ex se intrinsecè malum, sequitur posse dari casum, in quo licitum sit famulo scribere heri literas verba turpia continentes, vt si aliàs immineret ei periculum mortis, vel alterius grauis nocuenti, iuxta doctrinam traditam supra. Quantum verò ad primum dictum eiusdem auctoris de famulis deferentibus literas, in quibus sciunt contineri verba turpia ad peccatum prouocantia, sententia ipsius habet quidem maximum probabilitatem, quia de ferre tales literas idem videtur, ac si deferret internuncium de rebus turpibus, quod in nullo casu est licitum tanquam intrinsecè malum; nihilominus etiam opposita opinio non est omnino improbabilis; videtur enim dispar ratio de internuncio & de literis, nam famulus qui internuncium de rebus turpibus defert concubinae heri, dicitur ac proximè censetur peccato heri cooperari, tanquam instrumentum quo mediante herus inducit molliorem illam ad peccandum secum, ideo est omnino intrinsecè malum, ac proinde in nullo euentu licitum. At verò de ferre tantum literas ita materialiter, non videtur directè cooperatio ad peccatum tanquam proximum instrumentum, sed magis remota esse habet, & ideo non est improbabile, saltem in aliquo casu extremæ necessitatis, vt ad euadendam mortem sibi comminatum posse licite famulum eiusmodi literas deferre. Et hæc omnia asserit Merolla loco citato. Et sub dubitatione, hanc etiam sententiam tenet Cæstrus Palays tom. 1. tract. 6. punct. 11. num. 7. quia, ait illè, hæc scribere, vel de ferre non videntur intrinsecè mala, si absit à te malus finis; turpia enim verba scribi possunt, sicut scribunt DD. ad ponderandam malitiam illorum, qui ex malo fine proferunt, possuntque scribi & dici non tanquam ex proprio Marte, sed ex alieno. Item non ferri, sed iustificari. Ergo scribere hæc verba turpia de se non est intrinsecè malum, quia solùm sunt turpia & mala, quatenus à prauo animo procedunt, & in prauum finem diriguntur; ergo secluso hoc animo & hoc fine prauo mala non esse videntur; & à fortiori neque erit intrinsecè malum scripta ista de ferre ad concubinam, poterat enim illa de ferre non vt moueatur ad coitum, sed vt illa irideat & comburat ergo illa actio de ferendi quatenus à te procedit, bono vñ de ferre potest, & idem esse videtur de scriptis ad duellum pronocantibus, & ideo Emanuel Sà ver. peccatum num. 9. edit. Complut. excusat famulos has literas amatorias deferentes, &

licet Navar. lib. 5. cons. 5. de pœnit. damnet mortali-  
liter scribere concubinae literas, vt post cenam  
peccet ideo damnat, quia circumstantia malis finis  
ergo si hic finis malus cessat ex parte scribentis, seu  
deferentis, cessabit ex parte illius peccatum. Neque  
obinde debent dici ij deferentes lenones, quia hæc  
faciunt necessitate pressi, non vt prauam fieri inten-  
tionem promoueat. Hæc Palau. Et hanc opinio-  
nem quoad delationem tantum literarum probabi-  
lem putat Hurtado de Mendoza in 2. 2. disput. 173.  
sect. 30. §. 399. vbi declarat mentem Sanchez; sic  
enim ait. Si literæ contineant verba turpia, censet  
Pater Thomas ea non posse deferri, quia sunt intrin-  
secè mala, nisi inter coniugatos, aut sponfos de fu-  
turo. Videtur igitur censere nullo pacto licitum esse  
hoc genus obsequij. Opinor hæc non dici valde con-  
sequenter; quia si illa delatio est intrinsecè mala, ergo  
nullo pacto exerceri potest. at ipse paulò inferius dicit.  
Hæc autem omnia vt iis qui famuli non sunt, liceant,  
grauiores adhuc causas desiderantur. Vt autem eius  
authoris, consequentiam tueamur, dicendum est ex  
eius opinione verba turpia esse intrinsecè mala, delati-  
onem autem non esse intrinsecè malam. Non sunt  
antedeferenda sine vrgenti necessitate; idemque cen-  
set de internuncio concidentè locum, aut tempus  
idem de famulo scribente has litteras. Illi autem qui  
famuli non sunt, egent grauiori causa ad honestan-  
das eas actiones, qui verò mandata deferunt, non  
sunt dicturi, Vade, sed herus te vocat, prima enim  
vox est persuasio, secunda verò est significatio vol-  
untatis alienæ, quæ non est intrinsecè mala. Quan-  
do verò nulla est suspicio de literis, aut ruina inde  
imminenti, possunt sine scrupulo ferri. \* Idem  
dicit Pater Thomas de famulo iussu heri sequente  
fœminam indicaturo vbi habitat, censet enim non  
sufficere solum famulatorem, sed requiri vrgentiorem  
causam. \* Item docet posse vrgenti occasione aperire  
ianuam, & indicare herum. Imò censet cum aliqui-  
bus posse herum iuari vt ascendat per fenestram,  
quia illa actio est de se indifferens, quam non tenentur  
vitare cum graui, & proportionato damno. Ita  
Hurtado vbi supra. Non desinam etiam hic adnotare  
ea quæ docet Azorius tom. 2. lib. 12. cap. 18. quest.  
3. vbi supra sic ait. Queritur an sit peccatum quando  
famulus, vel ancilla iuuat concubinam ad se ornand-  
um? Item quando famulus, vel ancilla aperit ostium  
adultero venienti suo heri iubente, aut quando  
sternit lectum, in quo scit heram cum amasio peccat-  
uram; aut quando iussu heræ vocat amasium, vt  
cum eo colloquatur in vinea, vel horto, vbi scit  
heram cum amasio solitam peccare; aut quando dicit  
ei iussu heræ, Vocat te ad cenam heræ mea, & scit  
cum eo post cenam solitam vocare heram? Navar-  
rus ait non esse peccatum in primo; & ita idem di-  
ceret de secundo, si fecisset mentionem, quia in  
vtrouque famulus, vel ancilla solum concurrat ad sub-  
stantiam operis indifferens, & ad obsequium suum  
debitum heræ præstandum, quando id facit vt obedi-  
at heræ sine mala alia intentione. Ita ille.

RESOL. XLV.

An serui possint deferre literas amatorias ad concubi-  
nam Domini?  
Et quid de alijs operibus indifferens, que ex iusta  
causa possunt serui ex mandato Domini exercere?  
Ex p. 7, tr. 7. Ref. 52. alias 51.

§. 1. De hoc casu ego egi in 3. part. tract. 6. \* Re-  
sol. 46. & me citato ad illum sic respon-  
det Machadus tom. 2. lib. 6. part. 7. tract. 11. num.  
Tom. V II.

6. Queda pnes granemente controuerso entre los  
Dorores, si sea licito al criado llevar algunt recan-  
do, o papel del señor, que contenga palabras torpes,  
i prouocatorias a mal. Sanchez, i otros graues Au-  
tores, i con mucha razon condenan en el criado  
estas acciones por tan intrinsecamente malas, que no  
ay, ni se puede dar causa en el criado que las coho-  
neste: Quod si is sit causa moralis, & instrumen-  
tum fornicationis proximum; quod communis exi-  
stimatio testatur hos famulos Leonnes ( vulgo alca-  
guetes ) appellans. Algunos son de parecer, que el  
criado no peca en llevar a vna muger vn papel de  
su señor en que lo solicita para sus torpes amores;  
por que juzgan, que esto es muy diferente, que solici-  
tarse el mismo criado por palabra: pues parece, que  
solo llevar, i dar el papel a la muger, no es directa  
cooperacion al peccado, como proximo instrumento,  
sino remota; por lo qual juzgan; que seria licito  
al criado en algun caso de grande necesidad. Si  
bien Palau. siente que basta qualquiera vrgente  
causa que conueniesse en el criado Ita ille; de ali-  
is verò operibus indifferens, quæ ex iusta  
causa possunt serui ex mandato domini exercere,  
vide Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 6.  
num. 12. & seq. Valquez opusc. de scandalo,  
question. 43. art. 8. dub. 7. & recognosce  
meipsum in part. 5. tract. 7. Resolut. 27. 28.  
& 29.

in Ref. 73. §.  
Ex dictis, &  
in Ref. 78. §.  
1. ad lin. 13.  
vers. nec li-  
teras hetti.

R. si hic ci-  
tata hinc est  
antedecens,  
alia vero  
docet hanc se-  
quenter.

RESOL. XLVI.

An possit famulus scalam apponere, vel sustinere  
Dominum ascendentem ad fenestram, vt rem ha-  
beat cum fœmina?

Et aliqua alia circa hoc explanantur in textu huius  
Resolutionis, que facere, vel non facere famuli  
possint in similibus casibus cum Dominis. Ex p. 5.  
tr. 7. Ref. 28.

§. 1. Affirmatiuè respondet Castrus Palau. tom.  
1. tract. 6. disput. 6. punct. 11. n. 5. vbi  
sic ait. Si indifferetia proximiora peccato subministras  
aliam causam grauiorem honestandi administratio-  
nem exposulo, qualis esset si pater toruis oculis te  
aspiceret, & timeres malè tractari; vel si dominus à  
domo sua te expelleret, & expulsus cogeres mendic-  
care, vel peroriam pati, præcipue cum non ita facile  
alium dominum inuenias, qui familia, vel peiora mi-  
nisteria non petat, vel si in eius domo te sustinet, id sit  
te obiurgando & increpando, vel debita mercede de-  
fraudando. Si enim aliquid ex iis damnis tibi proue-  
nit eo quòd non ministres actiones indifferentes de  
se, & prauo vsui ex malitia domini deferentes, pote-  
ris illa ministrare, quia tunc non censeris peccato il-  
lius cooperari, sed potius permittere. Vnde licet tibi  
tali vrgente occasione, presso concubinam portare,  
signare locum domino vbi sit. Item dicere concubi-  
næ. Dominus meus dicit vt illum hac nocte expe-  
ctes, vel eum videas. Item domino ascendere volenti  
fenestram ad rem habendam cum fœmina, poteris  
pedem sustinere scalam apponere, quia sunt actiones  
de se indifferentes, & ita Navar. lib. 5. consil. in 2.  
edit. cons. 5. de pœnit. circa finem. vbi postquam  
plures ex his casibus appouisset, concludit. Ex his  
videtur colligi ratio defendendi omnes prædictos à  
peccato saltem mortifero, modò, vt in casu proponi-  
tur, non placeat eis peccatum, & faciant obsequia  
prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo  
quòd habeant illa causa officij sui, vel iustam  
mercedem, licet enim hæc officia & obsequia sint  
valde

Sup. hæc do-  
ctrina vsque  
adnor. seq.  
infra in Ref.  
78. §. Nota  
secundo, pro-  
pe finem, à  
vers. Nota  
vero, & infe-  
rius in tr. 8.  
Ref. 50. §.  
Non sunt.

Sup. casibus  
seqq. in hoc  
textu in  
Ref. seq. &  
supra in Ref.  
44. ante fi-  
nem, à vers.  
Idem dicit  
Pater Tho-  
mas & in fi-  
ne Ref. 45 &  
pro parte su-  
pratio R. 42.  
ad lin. 3. &  
pro parte in-  
fra in Ref.  
67 §. verum,  
& in Ref. 73.  
§. Ex dictis  
& in Ref. 75.  
à medio, &  
vers. Dmi-  
que, vsque in  
finem, & in  
Ref. 78. §.  
primo fa-  
mulus.

valde coniuncta peccato, non tamen sunt secundum se, & suapte natura peccata, & ideo seungi possunt à peccato per finem diuersum & seiuictum. Ita ex Nauarro Castrus Palas; & hanc opinionem tenet etiam Merolla tom. 1. disput. 2. cap. 4. corollar. 2. numer. 278. vbi sic ait. Quod si herus ascendere velit per fenestram ad rem habendam cum femina non liceret famulo ob communem rationem famulatus pedem heri sustinere vt ascendere possit, aut scalam adiuuare, eamque tenere, aut humeris sustinere, sed requiritur aliqua grauior causa in famulo: vt hæc ministeria præstare possit, vt vitatio alicuius magni damni, quod non præstatione talis ministerij famulo immineret: ratio est, quia cum omnia hæc ministeria valde proxime peccato accedant, ea non excusat communis ratio famulatus. Hæc ille. & ex Sanchez probabilem putat Hurtado de Mendoza in 2.2. disp. 173. sect. 30. §. 399. iuncto §. 397. ibi, Quorum auctoritas probabilem reddat opinionem, &c. vide etiam Alphonsum de Leone de officio Confess. tom. 1. recollect. 14. numer. 64.

## RESOL. XLVII.

An liceat famulo conducere concubinam in domum heri, per ianuam intrinere, lectum sternere, & similia? Ex p. 3. tr. 6. & Milc. 2. Rel. 29.

Sup. contentis in hac Ref. in Ref. præcisa ante medium, & Veti. Vnde licet, & si gnantur in Resolucio. nibus nor. seq.

§. 1. **N**egatiuum sententiam docet Angles in floribus, part. 1. question. 7. & nouissime hanc etiam opinionem tenet Layman lib. 2. tract. 3. cap. 13. numer. 5. vbi sic ait. Fas est famulo feminam, cum qua herus peccaturus est, per ianuam intrinere, facem præferre, lectum sternere. At verò vt meretricem quamuis per se paratam, vel etiam conductam famulus è domo eius euocet, per plateas ad herum deducat, permittendum non videtur, cum hoc vix heri posse videatur sine aliqua inductione mulieris ad peccatum. Sic ille. Merolla verò tom. 1. disput. 2. cap. 4. corollar. 3. numer. 2. So. Alphonsus de Leone de officio Confess. tom. 1. recollect. 14. numer. 60. Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. cap. 7. numer. 25. & alij asserunt hoc esse licitum, quando famuli nullum interuentum heri deserunt, sed tantum illam comitantur, quia tunc cum conuentum sit inter herum & illam, vt ipsa veniat in domum heri, illam in tali casu comitari est non secus ac si herum famulus comitaretur abentem ad peccandum cum aliqua femina, quod licere patet. Addunt tamen quod quando non esset simplex comitatus, sed actiue concensu physico famuli concubinam deserent, vt in curru, sella, &c. non sufficere ad eos excusandos à peccato communis ratio famulatus, quia hoc ministerium proxime accedit ad peccatum, & ideo damnus aliquod notabile famuli exigitur, vt id sibi licitum sit; sed Hurtadus in 2. 2. disput. 173. sect. 10. §. 397. putat debere famulum vtramque actionem omittere in dictis casibus, quia comitari concubinam est illi opem ferre quia femine non audent sola incedere, si autem illa alioquin esset itura, illam comitari non est peccatum, quia ex eo comitatu nulla accipitur occasio ruinae, sed se habet omnino per accidens. Ita Hurtado. Verum ego sententiam Sanchez & Merollæ probabilem esse puto & inuenio Castrum Palas in tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 11. numer. 5. sine ulla limitatione, sed absolute docere posse famulum intrinere in domum heri.

Sup. hoc supra in Resol. 42. & infra in Ref. 73. §. Ex dictis, & in §. not. præcitate

## RESOL. XLVIII.

An ex aliqua iusta causa licitum sit commodare culum alicui petenti ad fornicandum; vel locare domum meretrici, etiam si ob loci circumstantiam aliquis peccatum admittet; vel si meretrix domum illam conducens plurimum famulis honestis vicinis noceret? Ex p. 3. tr. 6. & Milc. 2. Rel. 45.

§. 1. **D**E hoc casu olim interrogatus fui, cum quidam vir nobilissimus instantè ab amico domum eius ad meretricandum petebat, et si hoc illi denegasset, in grauissimum damnus inciderebat: consuluit, an peccaret hoc faciendo? & respondit negatiue quia absque detrimento proprio proportionato hoc denegare minime poterat; & commodare culum ex obiecto, non est intrinsecè malum, sed indifferens, & ex sola praua abutentis intentione ad malum ordinatur; ergo, &c. Et ita hanc sententiam in terminis docet nouissime Marullus tom. 1. disput. 2. cap. 4. dub. 10. concl. 4. n. 295.

2. Hinc à fortiori inferitur contra Nauarrum cap. 1. numer. 195. licitum esse, ex iusta tamen causa, locare domum meretrici, etiam si ob loci circumstantiam aliquis peccatum admittet, quod minime perperat, eo loco sibi non concessio, vt ratione situs, &c. vel si meretrix domum illam conducens plurimum famulis honestis vicinis noceret. Et ita docet Valentia tom. 3. disput. 5. q. 2. 1. punct. 4. & Salonijs in 2. 2. q. 27. art. 4. contr. 6. post 4. concl. corol. 3. cum alijs.

## RESOL. XLIX.

An liceat locare domum meretrici, vel fornicario publico?

Et an liceat locare domum meretricibus, vel fornicarijs carnis, quam locaretur honestis, vel etiam si eque commode possit alteri locare, & alia circa hoc explanantur? Ex p. 3. tr. 7. Rel. 26.

§. 1. **N**egatiue respondet Nau. in Manuali, c. 17. numer. 195. quia hic locans videtur ministrare materiam ad abutendum contra castitatem & iustitiam, & consequenter absque aliqua iusta & vrgenti causa ad hoc fieri non potest.

2. Hurtadus verò de Mendoza in 2. 2. disp. 177. sect. 30. §. 394. existimat si domus possit alijs locari, non posse licite locari meretrici, quia ego sine incommodo vilo possum impedire actiones turpes meae exercendas, esto alibi mulier perditia illas sit exercitura, si verò domum ego aliter locare non possum licite eam loco. Item aduerto propter solum locum locatio non esse locandam, si prudenter existimetur feminam alibi non esse perditam victuram, tunc enim domus locatio excusatur graui damno proportionato, & non minori. Ita ille.

3. Alij autem, & rectius, asserunt etiam nulla alia iusta & vrgenti causa excusante licitum esse locare domum meretrici publicæ. Ita Valentia tom. 3. disput. 5. question. 21. punct. 4. Salas in part. 2. tom. 2. tract. 13. disput. 5. sect. 15. numer. 333. Syluius in 2. 2. quæst. 77. artic. 4. quæst. 7. numer. 20. Azorius tom. 2. lib. 12. cap. 18. question. 3. Valquez opuscul. de scandalo, quæst. 43. artic. 8. dub. 5. numer. 48. Rebellius lib. 14. quæst. 17. numer. 8. Lessius lib. 2. cap. 24. dub. 7. Castrus Palas tom. 1. lib. 2.

lib. 7. disp. 6. punct. 12. num. 1. Salonijs in 2. 2. quest. 77. art. 4. contr. 6. post. 4. conclus. coroll. 3. & Merolla. tom. 1. disp. 2. cap. 4. coll. 6. num. 292. quia locatio domus nimis à peccato remota est, cum non sit illius materia, neque occasio.

4. Limitant hanc sententiam Valentia & Salon. ubi supra, nisi accideret ut ob loci circumstantiam aliquis peccatum admitteret, quod minime perpetraret eo loco sibi non concesso, tunc enim teneretur quis locare domum meretrici, vel viuario, si absque suo detrimento fiat. Et idem dicit Sanchez, quando in ea domo ratiōne situs, aut alia esset specialis aptitudo ad ea peccata committenda, quia tunc videretur locans adiuvare, & ideo causa aliqua iusta excusans requiritur. Limitat secundò idem Salon. dicta contr. 6. paulo ante solutionem ad argumenta, nisi vicinia meretricis domum conducentis plurimum feminis honestis vicinis noceret, tunc enim necessaria esset aliqua iusta causa locantem excusans: hæc autem erit, si non possit commodè alius locare, vt bene inquit Sanchez loco citato.

5. Nota tamen quod licet Nauarr. in summa, cap. 17. num. 195. §. respondimus, dicat, non licere tibi domum locare meretricibus carius, quam locaretur honestis, eo quòd magis lucrentur, quia videris esse particeps lucri obuentis ex peccato. Verùm hæc limitatio mihi non probatur, quia neque talis locatio est contra castitatem, neque contra iustitiam: non contra castitatem, quia sicut locare domum & recipere pretium locationis, etiamsi sit pretium ex turpitudine acquisitum, non est contra castitatem, neque etiam est recipere maius pretium, quia non ob turpitudinem, sed ob domum locatam recipitur. Item hæc difficultas inveniendi domos accommodatas potius retardat à meretricio, quam compellit. Quòd verò non sit contra iustitiam, inde constat, quia ex habitatione meretricis & viuarij domus vilescit, & consequenter minoris postea conducenda est, & ratione huius damni poteris plurius locare meretrici quam feminæ honestæ. Ea verò quæ supra adducta sunt de locanda domo meretrici, dicenda sunt in locanda domo viuaria publico, quæ omnia contra Molfesiana in summa tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 54. procedunt, etiamsi domus locanda meretrici, vel viuario possit æquè commodè alteri locari. Ita Castus Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 12. num. 1. & alij.

RESOL. L.

An sit licitum donare iudicis concubina, vt intercedat apud illum, quia ipsa pergeret ad colloquendum iudicem, & est morale ratione scandali cum exponat se vehementissimo periculo peccandi & alieni? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 138.

Sup. hoc in §. 1. Negatiuè respondet nouissimè Sanchez in consil. mor. tom. 1. lib. 5. cap. vnic. dub. 43. n. 2. quia, ait ille, vxorem amore turpi, & eo vt tali mihi patrocinari volo, tum quia ipsa moraliter nequit bene facere, quia ipsam pergere ad alloquendum iudicem est mortale ratione scandali sui, cum exponat se vehementissimo periculo peccandi & alieni, quia exponit alium eidem periculo, sic mihi & aliis visum est post magnam de hoc altercationem. Hæc Sanchez, quod antea docerat in summa tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 38. satis quidem probabiliter.

2. Sed ego non minus probabilem affirmatiuam sententiam esse existimo, si negotium graue Tom. VII.

sit, videasque iudicem non tibi esse propitium, speres autem intercessione concubina gratum fore, neque alia via appareat quo possis illum ad seruandum tuum ius inflectere, quia non peti aliquid quod ipsa licitè præstare non possit, nam licet illa intercessione iudex, vel concubina foueant turpem amorem, hoc tu non intendis, neque vllius momenti est causa. Nam si tunc illa intercessione adhuc, iudex & concubina poterant à praua voluntate se continere, ergo intercessio de se mala non est, quòd verò media illa intercessione concubina & iudex periculo peccati exponantur, non obstat quo minus id licitè fieri possit virgente graui causa quo licitum est ob grauem causam sæpe periculo peccandi te exponere, quia periculum peccati in tali casu non est peccatum, & hæc omnia docet Castus Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 15. num. 2.

RESOL. LI.

An liceat petere à meretrice iudicis intercessionem in causa iusta apud iudicem?

Et ex doctrina huius questionis deducuntur alij casus sapius contingentes in praxi.

Et tandem inferitur feminam non peccare quando agra curandam se exponit Medico, quamuis prudenter timeat illum accepturum scandalum.

Idem dicendum est de viro, qui possit à femina curari, quando non potest sine graui incommodo id relinquere. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 10.

§. 1. Contra Sanchez affirmatiuam sententiam cum Castro Palaus alibi satis affirmatiuè; cui nunc addo Hurtado de Mendoza in 2. disp. 173. sect. 11. §. 143. quia quod ego peto, est actio indifferens, quæ à iudice & ab eius pellice potest fieri bene & malè, neque mea petitio est mala re, aut specie; vnde tota ratio scandali oritur ex malitia iudicis & meretricis; quam occasionem ego non teneo vitare cum graui damno, & ideo in alijs occasionibus ex hoc generali principio ait Hurtad. §. 148. facile est deducere quid sit agendum, si enim quod ego peto potest exerceri bene & malè, neque in petitione est malum, aut species mali, illa petitio est licita, quando suppetit grauis causa tam mea, quam proximi; vt si mihi opus est initiari sacris Ordinibus, aut sum dignus beneficio quo egeo, vel habeo ius ad cathedram, cuius sum candidatus, aut egeo iusta sententia iudicis, possum licitè petere eas omnes actiones ab Episcopo, à iudice & ab alijs, licet illi inde occasionem accepturi sint ad simoniam, vel subornationem, vel quid simile, qui ea peccata oriuntur ex illorum malitia, non verò ex meis actionibus. Ex his etiam deducitur licitum esse feminæ iudicem adire, & causam apud illum agere, quamuis prudenter timeat illum eius pulchritudine pellicendum, & laturum sententiam iustam ex affectu se insinuandi in eius feminæ consuetudinem. Item dicendum est \* feminam non peccare, quando se agram curandam exponit Medico, quamuis prudenter timeat illum accepturum scandalum. Idem dicendum est de viro, qui possit à femina curari, quando non potest sine graui incommodo id relinquere.

\* Alibi in Ref. præterita & in alijs eius not.

\* Sup. hoc in to. tr. 8. ex doctrina Ref. 1. cursum ad lin. 9.



## RESOL. LII.

*An liceat sine scandalo soluere vsuras? Ex part. 5. tract. 7. Ref. 12.*

§. 1. **R**espondet Valentia *tom. 3. disp. 21. quest. 21. punct. 4.* quod si quis peccauit petendo mutuum, peccat etiam soluendo vsuras, & posset quis pro hac sententia rationem hanc adducere, quia qui dat proximam materiam alteri ad peccandum; in hoc ipse peccat; vt si quis dederit vinum ebrio, vel depoluerit virginem apud luxuriosum; sed qui soluit vsuras, dat proximam materiam vsurario ad peccandum. Ergo peccat, neque satis est dicere vsurarium esse paratum, quoniam etiam si aliquis sit paratus inebriari, peccat qui dat illi vinum, & ita hanc sententiam existimat esse veram Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 173. sect. 14. §. 182.* in casu, quo sine vilo incommodo id posset praeteriri; sed addit id raro contingere posse, quia mutuarius censetur ab vsurario deparare & illud, & erunt iurgia inter illos, item occludet viam inueniendi iterum ad vsuram.

2. His tamen non obstantibus ego affirmatiue sententiae adhaereo, quam tenet Basil. Pont. *de marr. lib. 5. cap. 18. §. 7. num. 53.* vbi sic asserit. Mihi, absolute loquendo, & seclusa aliqua praua intentione, solumque spectata vsurarum solutione, videtur nullum in ea inueniri peccatum; Idque manifeste conuincitur argumento desumpto ex *cap. debitores, de iur. iur.* Iuramentum de re illicita non est seruandum, cum iura & ratio clament, iuramentum non esse vinculum iniquitatis. At iuramentum de soluendis vsuris est obligatorium, & adimplendum, ex dicto *cap. debitores*, ergo non est peccatum in soluendis vsuris, alias non ligaretur eiusmodi iuramentum: imò peccatum esset adimplere. Ad argumentum pro contraria sententia allatum respondetur, eum, qui soluit vsuras, non offerre materiam proximam peccati, si recte inspicitur, in quo differt valde ab eo, qui offert vinum, vel deponit virginem, sed extorquentur ab eo pecunia. Quare non agit, sed patitur iniustitiam; pati autem iniustitiam nullum omnino peccatum est. Quod autem ille reuera non offerat, sed tantum patiat, ex eo colligi potest, quia saepe potest contingere vt cogatur soluere, vt si interuenerit instrumentum de contractu, & iuratum, vt dictum est. Ergo signum est hunc non offerre materiam, sed pati iniustitiam. Ita Pontius. Sed circa praesentem quaestionem ne deferas videre Sanch. *in summ. tom. 1. lib. 3. cap. 11. n. 3. & seq.*

## RESOL. LIII.

*An qui sine causa deponit pecunias penes vsurarium, teneatur restituere vsuras, quas mutuas accepit ex illa pecunia mutuata?*

*Et an hoc sit peccatum scandalis?*

*Et quid de locatione domus vsurario? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 11.*

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Basilius Pontius *de marrim. lib. 5. cap. 18. §. 4. num. 23.* vbi sic ait. Quoties damnum proximi sequitur contra iustitiam, teneor cessare a meo opere, alias & mihi imputabitur peccatum, & tenebor etiam ad restitutionem damni alterius, v.g. deponit quis pecunias apud numularium, siue paratum meis pecuniis foenerari, siue non paratum, sumpturum tamen occasionem ex eo deposito; vel arma bellica apud furiosum, vel pulue-

Sup hoc infra in Ref. 73. §. Item ex Caetano & in tom 6 tr. 3. Ref. 94. §. 2. post medium, & in Ref. 95. §. 2. ad lin. 4. & prope finem.

rem bellicum apud hostes impudenter peccatum erit apud quem depono, si ille reuera meo deposito datum infert, aut foeneratur meis penuniis, vel simpliciter, vel aliqua ex parte, & praeterea teneor ad restitutionem vsurarum, & damni illati proximo. Ita docet Soto *lib. 6. de iust. q. 1. art. 1. in fine.* Navar. *in sum. ma. s. 14. n. 30. illatione 12.* & S. Thom. *q. 3. de mal. art. 14. ad 18.* Huius ratio est, quia ille reuera reus est eius peccati. Quare non recte Caietan. *2. 2. q. 78. art. 4.* docuit eum, qui deponit pecunias apud numularium, quem scit pecunia illa foeneraturum esse, solui peccare contra iustitiam, & praeterea contingere potest vt peccato prodigalitate non peccet, si numularius fidelis depositarius sit, & suo tempore reddat, vt esse solet. Ita Pontius, & hanc sententiam decessisse etiam Valquez testatur Castrus Palus *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 13. n. 1.*

2. Sed ipse, & merito, contrariam sententiam tenet, quam etiam tenetur Bañez *in 2. 2. quest. 78. art. 4. dub. 4.* Molina *de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 331.* quos legitur Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 173. sect. 14. §. 181.* vbi quaerens an sit peccatum licentiam deponere pecuniam apud vsurarium ea ad vsuras foenerandum? respondit si pecunia deponatur cultoria causa, quia alioquin periclitantur, aut alibi non possunt sine graui incommodo custodiri, nullum est peccatum eas pecunias deponere apud abufurum eius ad vsuram, siue alias habeat, siue non. Si autem sine occasione eas deposuit, peccat quidem contra chastitatem grauitate, quia vsurario praebet occasionem peccati grauis, at non peccat contra iustitiam neque restitueret tenetur vsuras ab alio partas, quia non tenetur ex iustitia abstinere ab actionibus, quae ex se non sunt illicitae mali, Ita ille, & ego. Dura enim est obligatio, quam imponit Pontius, & Valquez, & deponita pecunia certe est causa nimis remota sceleris, indigna enim voluntate foeneratoris, & voluntate foeneris concedentis.

3. Non desinat hic obiter adnotare Caietanum, Bañez, Aragon. & alios penes Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 3.* nullam causam in deponente pecuniam apud vsurarium expositulac: quia haec pecuniarum depositio non videtur vsurarum causa, siue nec locatio domus; & hanc sententiam probabilem putat Castrus Palus *vbi supra*, nam contrariam, quam ipse cum Sanchez, Rebello, Valentia, & aliis tenet, vocat tantum probabilioriem.

## RESOL. LIV.

*Virum quis possit sumere mutuum ab vsurario sub vsuris, non solum ab subleuandum necessitatem, sed etiam propter conuicia, toruamenta, ludos eius, & similia iuxta exigentiam proprii status? Ex quo inferitur, an eadem sit prorsus ratio de hoc, ac de petente Sacramentum à Ministro male parato, quamuis sciat fore, vt in peccato mortali ministret? Ex p. 1. tr. 8. Ref. 31.*

§. 1. **N**egatiue respondet Syluester *verb. vsura, 7. q. 1. Rebellus de obligat. iust. p. 2. lib. 8. q. 16. sect. 6. n. 27. & alij.*

2. Sed, vt ipsemet Rebello fatetur, contraria sententia est probabilis; quam tamen ego puto probabilioriem: eamque docet Faustus *in speculo Confess.* *disp. 16. q. 1. 27. n. 4.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 3. c. 8. n. 15.* qui citat Sotum, Aragon-Salonium, Ledesma, & alios. Et ratio est: quia haec omnia ad decentiam status pertinent, & ita pecunia accipiens à mutuuario non videtur cooperari eius malitiae; sed tantum peccatum permittit. Quod adeo verum existimo, vt cum ipso

ipso Sanchez ibid. n. 23. Sala tr. de usuris, dub. 48. n. 7. & alii, putem, non peccare mortaliter sed venialiter, si dictam pecuniã quis peteret ad vana, & inutilia vt ad superfluas epulas, ad ludos otiosos, &c. quia eadem est profus ratio de hoc, ac de petente Sacramentum à ministro malè parato; quamuis sciat, fore vt in peccato mori li minisset; sed, qui peteret abque necessitate, & vilitate aliqua à tali Sacerdote Sacramentum, venialiter solum peccaret: ergo, &c. Ceteras rationes vide apud Sanchez: quidquid in contrarium afferat Rebellius loco cit. Aragonius in 2. 2. q. 89. art. 6. dub. 2. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 21. punct. 4. & alij penes Salaz ubi supra, n. 6. & Sanchez. Sed nostra sententia est probabilis, & tuta in praxi; & illam etiam docet, præter DD. citatos, Ioan. de la Cruz in direct. conscient. p. 1. præcept. 7. q. 5. dub. 1. 4. concl. 2.

RESOL. LV.

An sine causa honesta, petendo pecuniam mutuum ab usurario parato, sit peccatum mortale? Et quid est dicendum, si proximus non ex mera malitia, sed ex vehementi passione avaritia exigat usuram, an in tali casu liceat petere mutuum sine honesta causa? Et an liceat petere ab usurario mutuum ad usuram expressè, & formaliter v. g. dicendo, da mihi mutuum ad usuram? Et an licitum sit non solum petere ad usuram ab homine parato, sed etiam à non exercente usuram, licet agnoscamus esse periculum, vt eas ille velit? Et in §. 3. & vlt. huius Resolutionis adducitur, quæ sui causa honesta, petendi mutuum ab usurario. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 8.

§. 1. **E**ste peccatum mortale docet Cæstrus Palus tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 1. 6. Pontius de matr. lib. 5. n. 18. n. 50. Valq. opusc. de scandalo, art. 8. n. 33. Sanchez disp. 10. sect. 3. n. 2. & 3. Molina tom. 2. tract. 2. disp. 333. concl. 5. & alij. Quia si ego sine vilo, aut leui damno possum hic & nunc vitare actionem turpem proximi, & efficere ne ille propter iniustitiam sit subiectus restitutioni, charitas postulare videtur, vt abstinere ab ea petitione. Ergo, &c. Quod autem illa petitio non possit esse venialis, sed mortalis, probat etiã Valquez, quia quando ex opere veniale ex se vt ex mendacio leui sine iuramento, vel ex opere ex se indifferenti, sumitur occasio peccati mortalis, illa actio quæ ex se est venialis, & indifferens, redditur mortalis ab hac circumstantia scandali passivi mortalis. Ergo, &c.

2. Ego verò cum Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 173. sect. 4. §. 176. & 177. puto hanc sententiam esse probabiliorẽ; sed contrariam existimo cum eodem Hurtado etiam probabilem esse quia peccatum hoc feneratoris est ex pura malitia, peccatum autem ex malitia non est curandum. Ergo. Secundo probatur, quia ille homo non excitatur à petente mutuum, neque impellitur, iam enim ipse se impulit ante illam petitionem mutui. Petitio autem non est de se cooperatio ad usuram, quia usura non petitur, nec offertur, sed tantum est mutui petitio, quæ de se nec est cooperatio ad malum. Eo autem quod hic & nunc occasio peccatum in usurario, non imputatur ad culpam ipsi petenti, non solum quia petitio non est mala, neque habet speciem mali, sed quia id oritur ex insigni, & deprauatissima malitia usurarii. Vnde sine scrupulo scan tali possunt ab huiusmodi hominibus mutuum petenti, etiam cum periculo feneratoris. Ratio item generalis est; quia usurarius non ruit in id peccatum

occasione alterius, sed iam ipse assentit. Dico igitur probabiliter petitionem mutui esse tantum peccatum veniale.

3. Notandum est tamen quod stando in prima opinione, causa honesta petendi mutuum ab usurario erit, quoties ego vel ad prouidendum meæ domui, aut alicui veræ meæ necessitati, vel alienæ, vel ad aliquod opus pium, vel etiam ad aliquem ludum publicum, à quo non possum nisi inhonestè abesse, vel ad aliquam actionem frequentem hominibus mihi æqualibus quam vitare nõ possum sine aliquo dedecore, vel etiã ad mercaturam honestè exercendam. Item quando quis aliqua passione graui concitatur ad ludum, vel quid simile, non tenetur lege charitatis abstinere à petendo mutuo, quia cum tanta difficultate non tenetur vitare peccatum proximi ad illud iam parati, & ex deprauata malitia. Ita Hurtado ubi supra, §. 178.

4. Sed quid dicendum si proximus non ex mera malitia, sed ex vehementi passione avaritiæ exigat usuram, an liceat in hoc casu petere mutuum sine honesta causa? Negatiuè respondet Valent. tom. 3. disp. 5. q. 21. punct. 4. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. c. 8. n. 18. quia tunc proximus est in maiori necessitate, & ideo tunc strictius obligat præceptum charitatis de impediendo eo proximi peccato. Verum contrarium, & merito, docet Hurtado loco cit. quia omnis usurarius peccat ex vehementi inclinatione in pecunias, neque avaritia est ex genere illarum passionum, quæ commouent animum excitatis humoribus, vt ira, tristitia, &c. Cum autem ille appetitus sit diuturnus, oritur ex pura malitia illum non vincere. Ergo, &c. Vnde ex his omnibus remanent satis firmata ea, quæ docui in 1. part. tract. 8. resol. 3. 1. aduersus quæ incienter scio aliquem olim arietasse.

5. Et tandem pro coronide huius resolutionis non relinquam hic quærere, an liceat petere ab usurario mutuum ad usuram expressè & formaliter, v. g. dicendo, Da mihi mutuum ad usuram? Negatiuè respondet Basil. Pontius de matr. lib. 3. cap. 18. §. 7. n. 47. & Valquez opusc. de scandalo, artic. 8. num. 19. & alij, quos citat Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. c. 8. n. 26. quia non potest ab aliquo peti actus, qui non potest bene exerceri. Sed ipse Sanchez numer. 27. contrariam sententiam docet, cui adde Valent. ubi supra, Molin. de iust. tom. 2. dispur. 335. concl. 5. Bañez in 2. 2. quest. 78. art. 4. dub. 2. concl. 2. hi enim asserunt posse mutuatarium dicere mutuanti, Da mihi mutuum ad usuram: & ratio est, quia eius petitionis obiectum non est actio dantis mutuum sub usuris, quatenus ab eo procedit, hæc enim est intrinsecè mala; sed obiectum illius petitionis est mutuum quod autem dicit sub usuris, est permissiuè, & ita est sensus, da mutuum, vel quia noui te non daturum nisi sub usuris, id permitto vt mihi consulam. Vnde patet responsio ad argumentum pro sententia Valquez; nam in hoc casu non petitur absolute aliquid malum, sed permittitur & exponitur animus soluendi usuram. Et ideo ego puto cum Suarez de Relig. tom. 2. de iuramento, lib. 3. cap. 13. n. 9. hanc sententiam esse probabilem.

6. Nota etiam coarta Valquez opusc. de scandalo, art. 8. n. 29. licitum esse non solum, vt dictum est, petere usuram ab homine parato, sed etiam ab homine non exercente usuram, licet cognoscamus esse periculum vt eas ille velit: & ratio est, quia quod ego peto, potest fieri honestè, quod si malè fit, est ob solam malitiam alterius, quam ego cum graui damno non teneor vitare: tamen in hoc casu desideratur maior causa ad petendum mutuum, quàm diximus requiri ab homine parato: & ego puto cum Hurtado in 2. 2. disp. 173. sect. 1. 4. §. 184. causam sufficientem in hoc casu esse, non solum si pertineat ad vilitatem

Sup. hoc pro parte in Ref. nec præteritæ, & infra, ante mediũ §. vlt. eius Ref.

Que hic est Ref. antecess. deus.

Sop his cas.



lis supra in §. Notandum est, huius Ref. & in R. not. praxi-  
te.

conservandi, aut augendi statum, sed etiam ad exercenda torneamenta, vel alias actiones, quas sine decore committere quis non potest; ut verò ob solum ludum, aut voluptatem non licet petere. Et in hoc casu licitum etiam esse petere mutuum ab imparato expressè sub iuramento in sensu proposito, & explicato modo quo supra tradit idem Hurtado §. 185. & Sanchez in summ. tom. 1. lib. 3. cap. 8. n. 30. quia illa petitio non est absoluta, sed conditionata tantum, & magis explicatio voluntatis paratæ ad usuram reddendam, quam ad eam exigendam inducentis.

## RESOL. LVI.

An liceat petere iuramentum ab aliquo, quando timo illum falsum iuraturum? Ex p. 5. tractat. 7. Resolut. 9.

§. 1. **N**egativam sententiam ex D. Thom. docet nouissimè Syluius, insignis eius Commentator, in 2. 2. q. 98. art. 4. con. 2. vbi sic ait. Qui scit, vel opinatur alium esse peiuratum, & tamen ab eo exigit, vel etiam à parato recipit iuramentum, grauitè peccat, quia in tali exceptione iuramenti nihil boni est, sed dumtaxat veritas per eiusmodi iuramentum euertitur, vel obscuratur. Hinc August. serm. 11. inter Parisienses, qui est 2. de decoll. S. Ioan. Scribite in cordibus vestris quod dico. Ille, qui hominem prouocauit ad iurationem, & scit falsum esse iuramentum, vincit homicidam, quoniam homicida corpus occisurus est, ille animam. Et exemplum refert cuiusdam ciuis Hipponensis, alioquin boni, extraordinariè à Deo puniti, quod ne rem sibi debitam perderet, iuramentum à peiuratore exegisset. Si dicas, plemet se interficit, qui falsum iurat, non ille qui iurandum exigit. Respondet August. serm. 28. de verb. Apost. cap. 10. Ille suo periurio se perimit, sed iste manum interficientis expressit, & pressit. Neque iuvat respondere quod qui paratus est peiurare, iam se peiurerit priusquam re ipsa peieret; nam sæpè voluntatem peiurandi non habent homines, sed eam concipiunt interim, dum videntur ad iurandum: & vt haberent talis iuramenti exactor, vel etiam receptor causa est, vt ipso externo opere periurij nomen Dei polluat. Si dicat sua interesse, vt à tali homine iuramentum accipiat, ex dicto serm. 11. August. responsum audiat. Nonne melius erat vt rem tuam, quam exigebas, perderes, quam hominis istius animam falsa iuratione primeres? Adde quod nec ea via rem suam sit recuperaturus, ponitur enim quod debitor sit cum periculo debitum negaturus. Neque quempiam moueat, Augustinum non videri locutum de recipiente iuramentum à peiuratore, sed de exigente. Ex decursu enim sermonis colligi potest eandem vtriusque esse rationem, quia scilicet nulli iusto vsui deseruit eiusmodi iuramentum, ac proinde non subest causa rationabilis illud recipiendi. Censetur autem aliquis scire quod alius sit peiuraturus, si vidit eum hoc, aut illud facientem, & tamen is vult iurare, quod non fecerit. Item si certus est ipsam sibi debere, ac eum hoc non ignorare, & tamen is iurare vult, quod non debeat; opinari verò si satis nouit eum nihili facere iuramentum, aliàs peiurasse, esse male conscientia. Hæc omnia Syluius. Cuius sententiam etiam ex veteribus sequuti sunt Bonaventura, Richardus, Turrecremata, & alij penes Suarez vbi infra, quibus adde Sotum de iust. lib. 8. question. 2. art. 1. & Valquez opusc. de scandalo, question. 43. artic. 8. dub. Et tandem hanc sententiam tenet Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 8. num. 57.

2. Sed meritò Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. de iuramento, cap. 15. numero 10. contrariam sententiam docet: dummodo non petatur vt teus iure falsum; secundò vt addit iusta causa petendi iuramentum, vt necessitas aliqua, aut utilitas, aut quam habet ius; & ita hanc sententiam præter Suarez tunc etiam Hurtado de Mendoza in 2. 2. diff. 173. sect. 15. §. 197. quia adest utilitas & honesta causa ad petendum iuramentum, quod enim petitur, potest fieri bene & malè à iuratore, potest enim iurare verum, quod si falsum iurat, est propter solam malitiam, à quo ego non teneor abstinere cum graui damno, esse iuramentum in ea occasione, etiam id petente actore, si enim huius petitio est intrinsecè mala, non potest iudex illi acquiescere. S. Augustinum aperte explanat Suarez propriis ipsius verbis. S. Thomam & alios explicat de petito iuramento sine necessitate, & quidem, vt ego non teneor abstinere à petitione iuramenti irreligiosè præstandi ab Ethnico, quia irreligiosè præstant, propter solam eius malitiam, ita non teneor abstinere à iuramento aliunde petendo. Ita Hurtado, & ego.

## RESOL. LVII.

An liceat persuadere alicui, vt iuret obiectum quidem verum, sed quod ille ignorat, v. g. Scholasticus, quando vult probare Cursum, & Antonij suam Nobilitatem, &c. Ex p. 5. tractat. 7. Resolutio 10.

§. 1. **C**asus potest frequenter accidere, & ad illum respondet Hurtado de Mendoza in 2. 2. disputation. 173. sect. 15. §. 200. non licere nisi iuraturis sibi persuadeat prius rem ita esse probabilem fundamentum, ex quo possit formari dictamen practicum de honestate iuramenti; quia iurare sine eo dictamine est peccatum mortale: ergo inducere ad tale iuramentum est dare grauis occasionem iurandi, quod est peccatum mortale scandalum. Si vero prius persuadeamus homini veritatem, ita vt ille efformet dictamen practicum de honestate iuramenti, licitum est illud petere, quia petimus rem licitam. At ille non est iuraturus rem aliter quam scit, e. g. Scholasticus vult probare cursum, ad quod eget dictamen testibus, adhibet duos amicos, qui illum non videntur interesse lectionibus, at satis sibi persuadent illum interfuisse, possunt iurare illum interfuisse, at non possunt iurare se id vidisse. Ad primum enim habent sufficientem cognitionem (vt pono ex casu) secundum autem illis constat esse falsum. Item interrogatur aliquis de nobilitate Antonij, docetur ab ipso Antonio fundamenta scientia fidem de illius nobilitate, quia vel adducit senes, homines quidem frangi & gnaros, vel ostendit antiquitatis instrumenta, & monumenta vetusta, quibus prudenter creditur rem ita esse. Possumus licitè iurare Antonium esse nobilem, quia ad asserendum satis est prudens persuasio sine vlla ratione probabiliter dubitandi. Hæc omnia Hurtado, valde menti tenenda, quia noua, & in aliis Doctoribus minimè obuia.

RESOL.

## RESOL. LVIII.

An sit licitum inducere Petrum ad iurandum de obli-  
qua re, quam ipse ex ignorantia veram esse putat,  
hæc re vera falsa sit? Ex p. 5. tr. 7. Resolu-  
tio 14.

§. 1. **V**T. v. g. si possit aliquis in Academia petere  
ab alio, ut sub iuramento affirmet peten-  
tem audibile lectiones per maiorem anni partem, &  
tamen qui petit, scit illud esse falsum, & alter a quo  
petitur deceptus, putat esse verum. Negativam  
sententiam docet Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 11.*  
*questione 2. §. quæres, & Suarez de Relig. tom. 3.*  
*lib. 3. de iuramento, cap. 14. numero 8.* & vide-  
tur etiam docere Basilius Pontius *de matrimon. lib. 5.*  
*cap. 18. §. 8. numero 58.* quia nullus potest in-  
ducere aliquem ad actum, quem scit esse peccatum,  
etiamsi inductus facturus sit illud ex ignorantia. Sine  
controversia enim est non esse licitum inducere ali-  
quem in fornicationem, etiamsi ille commissurus  
sit fornicationem ex ignorantia, putans non esse  
peccatum, aut fortasse esse rem suam, quæ aliena  
est. Præceptum enim quo quis prohibetur tale pec-  
catum committere, etiam obligat ad vitandum tale  
peccatum in altero, id est, ad non inducendum il-  
lum ad actum, quem inducens scit esse peccatum.  
Ita Pontius *ubi supra.*

2. Sed ego puto contrariam sententiam esse proba-  
bilem, ut illam etiam vocat, & tucur Hurtado  
de Mendoza *in 2. 2. dispn. 173. sect. 16. §. 199.*  
quia peccatum illud non est scandalum actuum,  
quia neque formaliter, neque materialiter occasio-  
nat proximo ruinam; non formaliter, quia non  
vult ut alter peccando ruat, non materialiter, quia  
non petit materiam hæc & nunc malam, sed potius  
hæc & nunc bonam, quia actus petitus oritur hæc  
& nunc à Religione; ergo illa petitio non est scan-  
dalo passivum. Confirmatur, quia quando nostrum  
peccatum prouidetur, nullum damnum spirituale il-  
laturum proximo, non habet circumstantiam scan-  
dali; ergo hæc petitio non habet circumstantiam  
scandali. Neque iæ est peccatum contra Religionem  
quia Deo nulla irrogatur iniuria, ego enim peto ab  
amico actionem, quæ est in honorem Dei, iurare  
enim quod inculpate apprehendimus esse verum, est  
actus Religionis, ego verò illum actum peto, &  
non alium. Quod autem ego sciam obiectum illud  
esse falsum, nihil interest, quia ego id obiectum  
non iuro, neque volo ut alius iuret, quod scit  
esse falsum; tota igitur iniuria Dei esset in iura-  
mento falso; at iuramentum illud non est mora-  
liter falsum, sed verum; ergo in illo nulla est in-  
iuria Dei, sed honor. Ignorantia autem inuincibi-  
lis moleum interest huius instituti, quia illa reddit  
iuramentum honestum, ob quod & meam petiti-  
onem honestat. Hinc ad argumentum responderi pos-  
set, prouocare aliquem ad iurandum cognitum ut  
falsum, esse contra Religionem, non verò prouo-  
care ad iurandum falsum cognitum ut verum. His  
difficilis redditur ea opinio, ob quam opposita est  
probabilis. Neque verò teneor ego illum hominem  
veritatem docere, quia si cum graui meo damno  
non teneor ego illius vitare peccatum, multo minus  
teneor vitare ignorantiam, quæ non est peccatum; &  
hæc omnia docet etiam Hurtado *loco cit.*

## RESOL. LIX.

An famuli ministrantes carnes Dominis in die ieiunij. Vel cibaria in refectiuncula peccent peccato  
scandali? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 18.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Basilius Pontius *de*  
*matrim. lib. 3. cap. 18. §. 7. num. 48.* vbi  
ait. Hinc constat quomodo peccent famuli mini-  
strantes cenantibus eo tempore. Si enim cibaria  
quæ ministrantur à famulis, sunt prohibita simpliciter  
eo tempore, quales sunt carnes tempore ieiunij, qui-  
bus domini non possunt bene, vel male vti, sed neces-  
sario male vescuntur, in eo casu licitum non est famu-  
lis huiusmodi carnes ministrare, quia reuera cooperan-  
tur peccato. Si tamen cibaria talia sint, quibus domi-  
ni ea hora & tempore bene, vel male vesci possunt,  
licitum est famulis ministrare, etiamsi sciant dominos  
peccaturos in vsu illorum ciborum. Ex quo magis in  
speciali colliges, sicut die ieiunij carnes ministrare,  
quia illarum non potest esse bonus vsus, peccatum  
famulorum est; ita etiam nocte diei ieiunij hora re-  
fectiuncula ministrare cibaria, quorum rectus vsus  
in ea refectiuncula esse non potest, peccatum erit,  
propter eandem rationem. Idem dicendum si extra  
horas, in quibus eo die vsus ciborum esse potest,  
cibaria ministrat, cooperatur enim violationi præcepti.  
Ita Pontius. Alij verò contrarium docent, quia hoc  
non est cooperari ad peccatum alterius, sed ad sub-  
stantiam solam illius actus, nimirum ut cena est co-  
mestio quadam ad nutritionem & sustentationem  
hominis. Item quia opus illud solum est officium,  
quod prestare solet seruus, vel famulus domino. Igi-  
tur in casibus supra dictis famuli funguntur suo mu-  
nere, quod aliis diebus & temporibus obire consue-  
uerunt, & tantum deseruiunt comestioni, quatenus  
naturam nutrit, & non quatenus ieiunium soluit. Et  
ita docet Alphonsus de Leone *de officio Confess. tom.*  
*1. recollect. 14. num. 65.* Bonacina *in Decal. disp. 2.*  
*quest. 4. punct. 2. §. unico, num. 38.* Caietanus *in*  
*2. 2. quest. 147. art. 4. in fine.* Azorius *tom. 2. lib. 12.*  
*cap. ult. quest. 5. & 11.* Sed à prima sententia  
non discedit Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 95. dub. 6.*  
vbi sic ait. Disputat Caietanus de famulis qui mi-  
nistrant dominis ius tempore ieiunij, an excusentur à  
peccato? Docent autem excusari, quia non cooperan-  
tur intemperantiæ dominorum ex voluntate violan-  
di ieiunium. Hæc tamen doctrina mihi non probatur,  
& ratio non est efficax, quia violatio præcepti  
non ex eo tantum imputatur quod quis directe inten-  
dat malitiam illius, sed quia conuenit ad actionem,  
ex qua sequitur necessario malitia; hæc enim regula  
obseruatur in qualibet cooperatione cuiuslibet al-  
terius materia. In præsentem autem casu consideran-  
dum est, an cibaria quæ ministrantur à famulis, sint  
prohibita simpliciter eo tempore, si enim tales sint,  
non est licitum illis ea ministrare, tunc enim planè  
cooperarentur peccato intemperantiæ, & scandalum  
esset actuum ministrare materiam peccati contra  
præceptum. Si verò cibaria talia sint, quibus domini  
bene, vel male vti possunt, poterunt famuli ea mi-  
nistrare. Ita Turrianus. Vide etiam Molfesum *in*  
*summa, tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 59.*

RESOL.

## RESOL. LX.

An possim petere à saga, qua scit licitè, & illicitè soluere maleficium, ut illud soluat? Ex p. 5. tr. 7. Refol. 15.

§. 1. **N**egatiuè respondet Caietanus in opusc. tom. 2. tr. 12. de maleficio, quæstion. 1. in fine corp. & Deltius in disquis. Mag. lib. 6. cap. 2. sect. 5. quæst. 2. ver. Dico quarto. Sed mihi placet contraria sententia, quia quod ego peto, potest ab illa fieri bene & malè, præmotus viginti necessitate & occasione, ad id petendum; scandalum autem passivum accipit saga ex sola malitia, quia mea petitio nec est mala, neque habet speciem mali, sed potius est bona; sed cum graui incommodo proprio & alieno non teneor ego abstinere ab opere, cuius occasione alius ex malitia peccat; & quidem eadem est ratio de petitione mutui iuramenti, &c. ergo, &c. & ita hanc sententiam docet Hurtado de Mendoza in 2. 2. disput. 173. sect. 16. §. 205. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 18. numer. 9. Lessius lib. 2. cap. 44. dub. 6. n. 46. Filliucius tom. 2. quæstione 5. punct. 5. num. 8. & Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 95. num. 11. vbi sic ait. Existimo licitum esse petere ab eo malefico absolute ut maleficium soluat, quamuis, consiliet petenti fore ut medio illicito vtatur. Ducor, quòd omnes fateantur licitum esse petere ab vsurario mutuum, & ab infideli iuramentum, quando petens eis indiget, quamuis exploratum illi petenti sit fore ut ille sub vsuris mutuet, & hic iuret per falsos Deos, nec oportet illis explicare, ut modo licito faciant: & nulli alij rationi innituntur, nisi vtrumque posse uti modo licito, ac culpa sua illicito uti. Quæ ratio prorsus militat in casu nostro, nam petitur à malefico solutio maleficij, quam potest medio licito facere, nempe auferendo signum, quod si alio malefico faciat, sibi tribuendum est: ergo vel illi casus negandi sunt contra omnium mentem, vel hic concedendus. Secundo, quia rationes Caietani non vrgent. Non enim petitur opus vagè à malefico, sed determinatum, nempe ut maleficium soluat, quamuis modus operandi vagè petatur; quod idem prorsus reperitur in repetitione illa mutui ab vsurario, & iuramenti ab infideli; nec petitur à malefico, ut maleficus est, quo pacto peteretur ministerium artis maleficæ, sed petitur ab illo in quantum potest licitè maleficium auferre. Sicut petens à Iudæo publicè vsurarij munus obeunt, non petit ab eo mutuum, quatenus potest licitè mutuari. Imo sicut petens mutuum ab vsurario, & iuramentum ab infideli potest recipere acceptata conditione dandi sub vsuris, & iurandi per idola, nec apparet cooperatio aliqua, sed solus vsus peccati alterius, qui culpa sua prauè facit; quod vniuersi fatentur. Ita si maleficus nollit soluere modo licito maleficium, uti nouit, potest acceptari ut maleficium soluat. Nec petenti tribuetur culpa; vtpote qui minimè cooperatur peccato alterius, sed eo vtitur, ut propria saluti consulat. Ita Sanchez, qui bene ibid. numer. 15. & 16. monet non esse licitum indifferenter petere solutionem maleficij, quando petendo modo licito non vteretur, sed modo illicito, & quando maleficus vellet applicare aliquam medicinam vanam.

Sup. hoc iuramento ab infideli in tom. 1. tr. 1. Ref. 21. §. 1. ad medium. à Verf. dubium est. & à Verf. Hanc difficultatè, & in aliis eius not.

## RESOL. LXI.

An licitum sit pingere imaginem concubinae amasio?

Et an sit causa grauis amissio lucri ex tali pictura, vel necessarius sit metus mortis, aut vulneris, ut excusetur à mortali? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 5.

§. 1. **A**Zorius tom. 2. lib. 12. cap. ult. quæst. 9. & Bonac. disp. 2. de peccatis, quæst. 4. punct. 1. dicitio enim talis pictura homini sic deperditio est quasi donatio gladij parato occidere.

2. Sed ego puto, aliquando licere, vrgente scilicet grauissima causa. Ita Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 7. numero 40. Alphonsus de Lenone de offic. confess. tom. 1. recoll. 14. numero 34. & 36. Castus Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 1. numero 6. quia hæc actio de se indifferens est, & bono vsui deferuire potest, ac prouide ex aliqua graui causa honestari; sed quia tamen fomentum est, & incitativum turpis amoris, mortale peccatum est talem imaginem depingere, nisi prius aliqua graui causa pictor hoc faceret: non esset autem causa grauis amissio lucri ex tali pictura, sed metus mortis, vel vulneris.

## RESOL. LXII.

An sit peccatum mortale pingere amasio imaginem concubinae?

Et quid, si grauis metus mortis, vel vulneris pictoris minatur, si talem non pingat imaginem? Ex p. 5. tr. 7. & Misc. 5. Ref. 50.

§. 1. **H**anc quæstionem pertractat nouissimè dalo disp. 1. quæst. 69. num. 56. vbi sic alicet: Ex quibus etiam definiri poterit, quid sit dicendum de pictoribus imaginem puellæ, aut concubinae ad peccationem amasio depingentibus.

2. Sanchez lib. 1. summa. cap. 7. numero 40. ait, pingentem amasio petenti imaginem humilissimæ pulchæ, quem credit probabiliter abulurum, peccare mortaliter.

Et citat Azor. tom. 2. lib. 12. cap. ult. quæst. 9. quem etiam citat Castro Palaus tom. 7. tract. 6. disp. 6. punct. 1. 2. numero 6. dicentem sine vlla distinctione esse mortale.

Et pro eadem opinione citat Bonacinam disp. 2. de peccatis, quæst. 4. punct. 2. §. unico num. 19.

3. Ratio huius opinionis est: Quis talis imago est fomentum, & incitativum turpis amoris: & est quasi donatio gladij parato occidere.

Hanc tamen opinionem limitat Sanchez nisi causa legitima excuset.

4. Palaus verò: nisi pictor aliqua grauissima causa pressus id faceret: hæc autem grauis causa, inquit, non est amissio lucri ex tali pictura, alias semper illi liceret pingere.

5. Nam solum causam sufficientem putat, quæ grauem metum mortis, vel vulnerationis valeret excutere. Quod idem omnino dicit Diana pars 5. tr. 7. de scand. \* resolution. 5. citans etiam Alphonsum de Lenone de offic. confess. tom. 1. recoll. 14. numero 34. & 36.

6. Verum quamuis hæc opinio cum ea limitatione tam grauis causæ exculantis videatur rutilior in praxi, mihi tamen apparet nimis rigida. Est enim ille qui petit, iam ex se inductus, ac paratus ad peccatum: imago aliqui est honestè depicta (si enim valde impudica esset, non esset res proprie indifferens, sed potius per se inductiua, ac determinata ad peccatum.)

7. Pictor non famulatur petenti in ratione peccati

tionis vt male, sed in ratione rei de se non male, sed potius indifferentis propriè: præterea famulatur ex aliqua causa legitima, licet non tanta, quanta est metus mortis, vulnerationis, &c. Ergo.

8. Existimo itaque probabile esse, quod pictor non peccet mortaliter, si habeat causam rationabilem, quamvis non adeo grauem, sicut est periculum mortis, aut vulnerationis, &c.

9. Imo ea videtur sufficere, quæ sufficit in petitione mutui ab usurario: certè ego non cognosco discrimen inter hunc pingentem amasio imaginem iam determinato ad peccatum, & inter petentem ab usurario mutuum. Pecunia enim, quam usurarius ex mutuo habebit apud se, non solum erit incamentum, seu fomentum ad peccatum, sed ipsamet erit peccaminosa, quatenus retineri ipsa sine iniustitia non potest.

10. Et hoc ipsum, quod dicimus ex variis aliis causis confirmari similiter potest, v. g. in ministracione carnæ, imò & carnis respectu illorum, qui ad se non ieiunandum parati sunt, &c. Et quod plus virgetur in emptione Idoli pro hero infideli hoc petente: ad quam, vt sine mortali fiat, non tanta causa requiritur, & videri potest apud Gasp. Hurtadum de fide, spe, & charitate, citatum à Diana parr. 5. tractat. 1. 4. miscellan. 2. Ad rationem in contrarium, quod scilicet talis imago data amasio sit veluti donatio gladij parato occidere. Respond. primò negando: Quia præceptum de vitanda morte corporali proximi est tale, vt obliget ad non occidendum per se, vel per alium: præceptum verò de vitanda morte spirituali proximi, (quæ quidem non est irreparabilis, sicut corporalis, & alioqui nõ sequitur, nisi ipsomet proximo volente) non est tam rigorosum, sed habet suos limites, intra quos obligat, & non extra illos, ita vt minus obliget, quando proximus ipse ex se paratus est ad peccatum, & quando occasio, quæ ad peccatum præbetur, est propriè indifferentis, &c. Ergo. Respond. secundò ad eandem illam rationem in contrarium illatam, quod videlicet talis imago data amasio, esset veluti donatio gladij parato occidere. Respond. inquam, idem posse dici de pecunia data usurario in mutuo: de cibus ministratis in die ieiunii, illud frangere volenti, ac petenti, &c. Denique non intelligo doctrinam Azorij dicentis sine distinctione esse mortale peccatum pingere huiusmodi turpem imaginem ad petitionem amasij, cum tamen dixit de petente à meretricie consensum, ipsum non peccare peccato scandali mortalis. Huevsque Pater Ferrantinus.

11. Verùm his non obstantibus sententiam Azorij docet ex Societate Iesu doctus, & amicissimus Pater Albertus de Albertis de ornatu mulierum disp. 1. cap. 5. §. 10. num. 160. & Aegidium Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. n. 21. & ideo non recedo à sententia, quam docui, eo modo quo limitauimus, & quam tenet nouissimè me citato ex Societate Pater Ioannes Dominicus Ottonellus tract. de pictura cap. 3. quest. 7. addit. 1. vbi sic asserit: Dico secundò, Se il Pittore sa, o crede probabilmente, che il giouane sia per seruirsi di quella dipinta donna per fomento della sua libidine: ma egli ha qualche grauissima cagione di figurarla, non pecca mortalmente figurandola, benchè la figura sia di concubina. Questa è la sentenza di Sanchez, & del P. Diana citati, è più chiaramente di Castro Pulao, il quale anch'è spiega che cosa intenda per grauissima cagione, dicendo: illam solum causam sufficientem putarem, quæ grauem metum mortis, vel vulnerationis valeret incutere. Giudicarei per sufficiente cagione solamene quella, che potesse generare graue timor della morte, o di ferita. Et egli appresso recca la cagione della proposta sentenza, aggiungendo: Nam concubina pi-

ctura intrinsecè mala non est, sed sepe honestari potest: quod autem fiat ad petitionem illius qui illa ad malum finem usus est, non constituit in fabricante malitiam, quia ipse non famulatur petenti in illa mala intentione, sed in re petita, & hoc ex metu: neque agit, vt instrumentum mali operis sed operis in se indifferentis.

12. Dico terzo. Se il pittore non hà grauissima, o altra legitima cagione di dipingere l'immagine della donna amata all'amante, il quale, con'egli probabilmente pensa, o deue credere, sene seruirà per fine ad peccato, pecca mortalmente dipingendola: perche, come nota Azorio, en el luogo citato, e in vn caso equiuale, il pittore mostra d'acconsentire al peccato dell'amante: e procede in modo, como se possesse la spada in mano d'un huomo infuriato.

13. Quando le persone dice vn Theologo, di cui sono irritati, s'amano sensualmente, che cosa è tenergli dinanzi à gli occhi, se non accendere molto più la fiamma della disordinata affectione. Et à questo concorre il pittore con l'opera sua, e però pecca nelle sopradete circostanze. Ita Ottonellus: & Theologus ab ipso citatus est eius P. Franciscus Ancas tr. de mortificatione ex eadem Societate.

14. Sed audiamus Aegidium Bassæum in floribus theol. vers. scandalum §. 5. num. 10. sic loquentem: Communiter non licet depingere amasio imaginem concubinae: si putetur Amasium ea imagine vlurum per libidinem. Ratio est quia traditio talis picturæ homini sic deperdito, est quasi donatio gladij parato occidere. Non est tamen hoc, ita intrinsecè malum, quin aliquando liceat: imò cum hæc actio de se indifferens sit, & bono vlui deseruiat possit: ac proinde ex aliqua graui causa honestari, mortale peccatum non committeret talem imaginem depingens ex metu mortis, vel vulneris: amissio autem lucri ex tali pictura non esset grauis. Et sic conciliantur DD. inter se Azor. Bonac. contra Sanchez & Castrum Palaum. Hæc Bassæus, qui, vt vides nostram limitationem sequitur. Idem etiam me citato tenet Possentius in Recollectione Questionum moralium, vers. Scandalum, num. 12. & ex Societate Fernandez de Corduba instruct. Confess. part. 2. c. 49. num. 2. ait loquens de Pictoribus: Si sabiendo que vn galan pide le retrate à su amiga, la retrata, dixe el P. Sanchez que pecca mortalmente; Et ex eadem Societate Antonius Elcobar in Theol. moral. tract. 2. exam. 3. c. 13. §. 3. num. 49.

## RESOL. LXIII.

An pictores pingentes imagines obscenas peccent mortaliter?

Et quid de tenente illas?

Et an hoc intelligatur tantum ratione scandali, tam actiui, quam passiu?

Et an mulieres, que incedunt publice cum parte peccatoris, & mammillarum denudata, peccent mortaliter, & non sint absolunda?

Et quid, si hoc faciant iuxta consuetudinem Patriæ, & absque praua intentione?

Et an tam Superiores Ecclesiastici, quam seculares teneantur sub mortali suppressere, & exterrare talem consuetudinem?

Et an talis consuetudo excusetur à mortali ratione paruitatis materis, vel simplicitatis, & ignorantie?

Ex p. 1. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 32.

§. 1.

§. 2. **R**espondeo affirmatiuè quoad primum, & idè qui nudam Venerem, aut similem obfcenam imaginem pingunt, atque exponunt, etiã talis imago fit de rebus naturalibus, atque ex se indifferentibus, nihilominus mortaliter delinquant, quia aliis indefinitè licet acceptis luxuriæ occasionem præbent.

2. Et ita docet Ermafinus Busembaum in *Medulla Theologiae moralis lib. 3. tract. 4. cap. 2. dub. 1. num. 9.* Antonius Fernandez in *instruit. confess. part. 2. cap. 59. num. 4.* Escobar & Mendoza in *Theolog. moral. tom. 2. exim. 3. cap. 13. num. 80.* Albertus de Albertis in *paradox. moral. disput. 1. cap. 5. §. 4. num. 43.* Trullench. in *decal. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 12. num. 13.* Sanchez de matr. lib. 9. disp. 46. num. 4. Filliucius tom. 2. tit. 30. cap. 20. num. 211. Baldellus tom. 1. lib. 3. disput. 17. num. 10. quibus adde Rocaful. in *praxi Theol. mor. tom. 2. lib. 4. in pr. Decal. c. 3. num. 239.* vbi sic ait, Nota pingentes turpia, vt Venerem, aut Adonidem detectis pudendis, aut diaphano velo operis, peccare mortaliter, quia tales picturæ oculis obiectæ valdè ad luxuriam provocant.

3. Sed circa præfatas difficultates censeo optimè philosophasse Patrem Turrianum in *select. disput. cont. 4. lib. 18.* vbi sic ait, Distinguendum est nam si sermo sit de imagine hominis, aut femine quantum ad partes, quæ torpes non sunt, licitum est alias pingere; etiã si nudæ pingantur, quia istæ per se non mouent ad malum. Secundò tamen si pingantur partes inhonestæ, & occultentur non erit peccatum illas pingere; quia tunc non mouent ad malum; & ita solent pingi imagines Sanctorum aliquando. Tertio si occurrerit causa aliqua iusta pingendi partem aliquam ex his, quæ dicuntur inhonestæ, possit pictor excusari à peccato. Explicatur, quia si femina absque vlla causa manifestet partem turpem, sine dubio erit peccatum; & tamen si illam manifestet ex necessitate ad medicinam propter morbum, non erit ea manifestatio peccatum; & idem est de verbo necessario ad explicandam rem turpem.

4. De his qui retinent tales imagines, & in loco publico eas collocant, in quibus non facillè occurrit iusta causa illas retinendi; si enim eas volunt conseruare ad ornatum, & ostentationem, possunt illas retinere partibus turpibus cooperitis per artem, & ego ipsas personas testes facio suæ intentionis, si velint illum manifestare, vt prudens censor iudicet, an illud faciat cum peccato aut sine illo.

5. Restat explicandum, an sit peccatum mortale tales imagines retinere; Aliqui absolutè docent esse peccatum mortale, quia videtur grauis materia. Alij putant non esse peccatum mortale; & explicant: quia non semper est peccatum mortale proferre verbum aliquod turpe, quod est imago rei inhonestæ. Ergo à simili non semper erit peccatum mortale talem imaginem retinere: Si tamen illa pars inhonestæ esset depicta viuus coloribus, & aliis circumstantiis, vt vehementer moueret ad peccatum graue, non esse facillè hoc excusare.

6. Hucusque Turrianus, cui adde doctum & pium, ac mihi amicissimum Patrem Ottonellum ex eadem Societate tit. de *pictura cap. 3. questione 1.* & Franciscum Bricchium in *Promptuario confess. part. 2. cap. 22.* vbi sic ait: Peccano moltarmente coloto, che tengono; ò dipingono cose dishoneste, come à dire Donne con le parti vergognose scoperte, ò con velo diaphano, e trasparente; perche cose tali incitano molto al piace di Venere.

7. Itaque dicendum est esse peccatum mortale pingere imagines turpes, & inhonestas, quia scandalum actiuum nunquam est licitum, & negare non

possumus hic concurrere scandalum actiuum, quia manifestare partes inhonestas est, vel opus malum, vel habens speciem mali, cum moueat ad peccatum, quia imago inhonestæ multò magis mouet ad malum, quam verbum aliquod turpe, & certum est hoc esse peccatum.

8. Retinentes autem dictas imagines palam, & in publico, puto etiam peccare mortaliter, nisi illas retineant ornatus causa cum aliquo velo cooperata; itavt facillè non possit amoueri; & idè Patet Ottonellus vbi supra cap. 4. quest. 7. sic ait, Concludiamo, che buon modo per rimediare all'offensa delle statue, delle pitture ignude, & impudiche, si è il ricoprire con vesti, ò col riparo delle tele. Così nel secolo passato fu per comando Papale coperta con bronzo la nuda statua della Giustitia, che mirasi collocata in Roma per ornar il sepolchro del gran Vicario di Christo Paolo Terzo; e fanno gli eruditi, che vn antico Senatore fece coprire con ornamento di finissimo oro due bellissime statue, che erano ignude.

9. Et in vero vna pictura scena, che è artificiosissima, con essere coperta massimamente con tela, non perde punto d'artificio, anzi conseruasi più lungamente, acquista maggior stima, e si può senza molto pericolo di peccare, ò di mouere à peccare, far vedere solo da persone intendenti dell'arte, e virtuosè di spirito, oue se stà esposta à gl'occhi di tutti publicamente, serue di publica fucina à Demonij per infocare mille saette di libidino si pensieri, e per penetrare i cuori di moltissimi poco fondati nello spirito, e nell'amore della Christiana purità, e virtuosità modesta. Ita ille. Quod vtinam à Principibus, & viris nobilibus obseruaretur.

10. Nec obstat dicere vsum esse in contrarium, nam respondeo, hoc non esse verum, & erit vsum illicitus, nisi fiat cum dictis circumstantiis. Dicere autem quod dictæ imagines primariò fiant ad ostendendam perfectionem artis, & idè non refert si ex accidenti moueant ad peccatum. Respondeo, quod si ostensio perfectionis artis esset necessaria, excusaret eam actionem à peccato; sed ad vsum communem non potest occurrere necessitas, quæ excuset ab occultatione illarum partium. Et idè semper pingendæ sunt cooperatæ; imò penitus abcondendæ.

11. Ex dictis patet, me rectè respondiisse his diebus interrogatus de hoc casu, An mulieres aliquæ, quæ in quadam Ciuitate Status Ecclesiæ incedere publicè volebant cum parte pectoris, & mammillarum nudatæ, An inquam dictæ mulieres essent à confelsariis absoluendæ; & negatiuè respondi, ac præter Albertum de Albertis, & Petrum Mercatorem me alibi adductos, adduxi nouissimè Bricchium vbi supra in *Promptuario Confess. part. 2. cap. 23.* vbi sic ait, Le donne che portano vesti così sottili, che si vedono le mammelle, & il petto, possono scusarsi dal peccato mortale, se ciò fanno secundo la consuetudine della Patria, e senza mala intentione; imperò, che tal parte pare honesta, e pare che le Donne habbiano il jus d'accomodar si alla consuetudine di già ricenuta, quale non costa, che così facilmente tira al peccato, sarebbe ben peccato mortale l'introdurre tal costume, perche le cose insolite più mouono, & incitano.

12. Ita ille, cui adde Nouarium in *seruatio. spiritali part. 2. cap. 32.* Iosephum Rocaful. in *graua Theolog. moral. titul. 2. lib. 4. in 6. præcepti. Decalog. c. 3. num. 238.* vbi ita aserit, Dubitabis an femine quæ veste tenui vtuntur, vt concipiantur peccata, & mammillæ peccent mortaliter? Bonacina quest. 4. de matr. puell. 9. num. 23. excusat à mortali, si ad hoc incita

iusta consuetudinem Patriæ: absque prava intentione. Et rationem reddit: nam pars ista videtur honesta, & femina videntur habere ius accommodandi se consuetudini iam receptæ. Addit autem esse peccatum mortale introducere huiusmodi morem; alij tamen dicunt peccare mortaliter, quia aspectus illarum partium, quamvis non sint ipsæ partes inhonestæ solent prouocare ad luxuriam. Hæc Rocaful.

13. Et ante illum Caietanus 2. 2. questione 69. art. 2. Nauarr. cap. 23. numero 19. Graff. loc. cit. Bonacini. de matrim. questione 4. punct. 9. numero. 22. quæst. 13. Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 13. numero 11. Filiuc. tractat. 30. lib. 10. Baldell. tract. 1. disput. 5. qui omnes licet excusent à mortali feminas portantes ex consuetudine antiqua pectus & vbera nudata, at tamen omnes clamant nullo pacto introducendam de nouo; immò multi docent extirpandam esse.

14. Vnde si talis consuetudo prava alicubi fuerit introducta putat Ioannes Maria de Castillento in Theol. moral. Seraph. tom. 1. verb. Consuetudo, diffie. 22. quod superiores tam Ecclesiastici quam seculares tenentur sub peccato mortali supprimere & extirpare, quod variis rationibus confirmat.

15. Nota verò, quod idem de Castillento diffie. 24. querit Vtrum consuetudo antiqua, vel nota fecerunt portantium vbera, & pectus nudatum in aliqua patria excuset à mortali, & tolerari valeat ratione paruitatis materis, vel simplicitatis, & ignorantia.

16. Et respondet: Dico primò, paruitatem materis in hoc more fecerunt portantium vbera, & pectus nudatum excusantem à peccato mortali posse dari, mihi certum est, nam cum hic mos, & consuetudo habeat suam latitudinem circa modum magis; & minus lasciuum, & provocatum ad libidinem, sanè poterit dari modus notabiliter obscenus, & notabiliter, seu efficaciter prouocatus ad Venerem; & minus obscenus, & leuiter excitatus ad libidinem; mos ergo notabiliter obscenus, & prouocatus ad peccatum, est sanè illatum, quæ vbera prostituunt vsque ad medietatem; ita vt totum pectus appareat, hic enim modus vt pote omnino inhonestus, & meretricius, est notabiliter prouocatus experientia testes, ad libidinem, & hic modus est certissime peccaminosus, nec vilo modo debet excusari à peccato & hunc modum in superioribus difficultatibus acriter impugnatumus.

17. Dico secundò, quod in quibuscumque locis viget antiqua consuetudo, vt femina incedat publicè cum pectore, & mamillis notabiliter nudatis, possunt à mortali excusari ab ignorantia inuincibili, & vera simplicitate, quia ignorantia inuincibilis legis & præcepti, maxime quando dubitatur etiam ab alijs an obliget sub mortali, excusat à culpa: itaque ignorans femina aliqua inuincibiliter talem modum incedendi cum vberibus nudatis esse vitiosum, & peccaminosum potest excusari à mortali similiter, quæ vera simplicitate præciso omni alio malo sine eodem modo incedunt, putantes certè id sibi licere, quia communiter alix eiusdem conditionis, & status feminae tali scolorura vbera nuda, & pectus ostendente vtuntur, nec iste modus à superioribus Ecclesiasticis, & secularibus corrigitur, nec à proprijs parentibus, vel matris arguitur, nec quod peius est, & lacrymis dignum) à proprijs confessarijs reprehenditur tanquam peccaminosum, sanè excusantur à peccato, quia vbi dolus non est, peccatum esse non potest; statim vero, ac seu per confessarios, Prædicatores, superiores, vel aliquas grauiores matronas monentur talem modum esse impudicum, vitiosum contra reuerentiam naturalis, & moralis honestatis, & mortaliter peccaminosum, quia valde prouocatus ad li-

Tom. VII.

bidinem oculos insipientium hominem, tenentur talem vestiendi modum deponere, & vbera, pectus aliquo honesto velamine, non tamen transparenti contegere, aliter se mortalis peccati reas cognouerint; æternis penis infeliciter puniendas pro tam inutili, vanoque modo portandi pectus, & vbera nudata. Hucusque Castillento. Quæ omnia magis confirmatur, vt superius dixi à Patre Alberto de Albertis, & à Patre Petro Marchan. à me \* alibi adductis.

\* Alibi in Resolutionibus præcitarum annotationum.

RESOL. LXIV.

An licitum sit pingere, vel fabricare Idolum ad petitionem Infidelis, vel construere Synagogas Iudeorum, & facere vestem Sacerdotalem?

Et ex doctrina huius questionis inferretur hystriones grauissimè peccare, & sint per se, ( vt nunc hystriam exercent. ) in statu peccati mortalis. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 6.

§. 1. Negatiuum sententiam docet Coninch. in Sup. hoc in 2. 2. disp. 18. dub. 13. num. 213. & ita etiam docet de confessione vestis sacerdotalis, quia hæc actiones non solum ratione cooperationis alterius mala actione, sed ex se pro vt in his circumstantiis spectantur, cedunt in honorem falsi cultus, & sunt implicita quadam huius professio. Confirmatur primò, quia illa consciens agit vt instrumentum illius, qui petit ea fieri, & ex ipsius motione, quare cum hic per illam actionem absolutà colat idolum, & profiteatur suam falsam religionem, idem videtur dicendum de ipsius instrumento, siue de consciente illam vestem, illudve idolum. Confirmatur secundò: quia legimus multos olim sculptores maluisse grauissima tormenta perpeti, quàm Imperatorum gentilium idola sculperet.

2. Non desinam tamen hic adnotare Castrium Palacum tom. 1. tractat. 6. disput. 6. punct. 12. numero 7. docere grauissimo metu excusari posse, si in tali casu idolum ab artifice non expostulatur fieri in contemptum Religionis, neque scandalum adsit illud ita contemnere; nam fabricatio idoli intrinsecè mala non est, sed sæpe honestari potest; quod autem fiat ad petitionem illius, qui illo ad malum finem vsurus est, non constituit in fabricante malitiam; quia ipse non famulatur petenti in illa mala intentione, sed in re petita, & hoc ex metu, neque agit vt instrumentum mali operis in se indifferentis. Ergo, &c. Et Adamus Tannerus in tom. 3. disput. 1. quæst. 9. dub. 5. numero. 144. tenet Christianum magna egestate pressum posse operas suas locare Iudæo in Synagoga ædificanda.

3. Nota etiam quòd nouissimè hanc quoque sententiam docet Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 66. sect. 6. §. 181. vbi sic ait: De sculptura, aut pictura idoli est dubium, & quidem ea est licita, quado nec queritur, nec timetur idololatria; cum autem timetur, dico peccare contra Religionem, quæam præbet absque vigentissimo damno. Probatur tum ex lege charitatis, tum quia omnis virtus obligat vt vitentur omnes occasiones eâ violandi, vt pono ex disputatione de scandalo; si autè non possum ego non præbere idolū absque graui dano proportionato, non pecco in eo dādo. Ita autores adducti censent vniuersim, nullum teneri cum graui dano proportionato ad vitandū aliena damna, quia hæc actio nō est cooperatio ad idololatriā, sed est præuia materis offensio, qua abutitur infidelis: H h idem

idem dixerim de edificio fanorum, nisi quod minor causa excusat, quia ubi permittitur Iudæis Synagoga, possunt opifices eam struere. Ita Hurtado, & sibi obicit S. Thomam, qui ait, peccatum hominem exercentem artem, cuius opere nullus possit nisi malè uti, ut qui idola efficeret. Syluester *ver. infidelitas, quest. 4.* respondet loquutum S. Thomam de artifice volente suo opere compleri idololatriam aliorum; at Syluester fugit, non exponit S. Thomam disscrimen adducentem inter artificem, cuius operibus nullus potest bene uti, & eum, cuius opere possumus & uti & abuti; at si hic secundus eo animo operaretur, etiam peccaret: ergo sentit S. Thomas structuram idoli esse intrinsecè malam.

4. Respondet verò Hurtado rectè id dictum à S. Thom. quia qui se addicit illi arti, ipse absque necessitate se facit scandalum, cum possit aliam artem exercere. Vnde histriones gravissimè peccant, & sunt per se (ut nunc histrioniam exercent) in statu peccati mortalis, quia nulla necessitate compulsi se addicunt arti, quam sciunt esse inanis spectatoriibus: at non agit S. Thom. de eo, qui casu cogitur ad efficiendum idolum, ut nunc non peccaret histrio in agenda fabula Leandri ad vitandum graue damnum. Et hæc omnia dicta sunt secundum mentem Hurtadi, & Castri Palai.

5. Nam, ut verum fatear, prima opinio magis mihi placet, quia, ut optime aduertit Iacobus Granado *in 2. 2. contr. 1. tract. 1. s. disp. 12. n. 6.* licet fabricatio idoli, aut constructio Synagogæ si metaphysicè considerentur, possint à malo sine præcindi, moraliter tamen non possunt: nam idolum est quedam figura sub tali ratione, aut eum talibus signis, quæ non nisi ad falsi Dei cultum ex institutione Reipublicæ referuntur, & constructio Synagogæ non est ad aliud, quam ad cæremonias Iudaicas. Ergo qui talia construit, aut vendit, non potest præcindere intentione sua malitiam ibi repertam. Ergo per se cooperatur mala, ac proinde grauitèr peccat. Et sanè mens ipsa omnino dissentaneum esse, apprehendit hominem aliquem intentum esse construendis idolis; aut ex illorum venditione lucrum reportare: nec video quomodo non exhibeat aliquem cultum idolo, qui construit, ut vendat Ethnico illud adoratur. Et ita hanc sententiam nouissimè docet doctissimus Andreas Duualius *in 2. 2. D. Thomæ tract. de fide, q. 7. art. 9. conclus. 1.* An verò si non possit fabricare

*infra in duabus Res. seq. idolum à Christiano, possit tamen vendi, infra dicendum erit.*

### RESOL. LXV.

*An liceat vendere Gentilibus idolum ad evitandum periculum mortis? Ex part. 5. tractat. 7. Resol. 36.*

Sup. hoc in §. 1. **V**idetur respondendum negatiuè, quia Doctores absolute docent talem venditionem esse illicitam, nec excipiunt casum necessitatis. Vide Lorcam *in 2. 2. quest. 10. art. 9. num. 5.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 8. num. 2.* Duualium *in 2. 2. D. Thomæ tract. de fide, quest. 7. art. 9. concl. 1.* Molfesium *in summa tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 66.* Ioannes VVigers *in 2. 2. q. 10. art. 9.* Verùm Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 6.* cum Syluestro docet eam venditionem in tali casu licere, quod non cenfer improbabile Coninch, *de fide disp. 18. dub. 13. concl. 1. n. 12.* quia cum hæc venditio ex se, & prout proficiscitur à vendente, non cedat in honorem, aut cultum falsæ religionis, sed solum quatenus vendens per eam videtur consentire & cooperari

mala alterius emptioni ac intentioni, extrema necessitas videtur eum excusare & efficere, ne illa venditio secundum moralem æstimationem censetur licet & nunc vilo modo fieri in talem finem, aut esse cooperatio alterius malitiae, sed solum medium euadendi præsens periculum. Confirmatur, quia qui fuit dat instrumenta, quibus alienam domum est efficiendus, aut furioso paranti alterum occidere dat gladium, quo facinus perpetraturus est, non minus videtur horum malæ voluntati cooperari, quam ille qui Ethnicus vendit idolum, & tamen si illi id faciant, quia alter mortem nequeunt euadere, ratione huius circumstantiæ non censentur aliorum nequitia moraliter cooperari, & excusantur ab omni culpa; ergo idem dicendum videtur, de vendente idolum, ne alia occidatur, & fortè D. Thom. alique absolute docentes talem venditionem esse illicitam, hunc casum non negant, quia facile possunt intelligi eam per se esse illicitam, nisi ex huiusmodi circumstantiis excusetur. Ita Coninch, qui non audet hoc concedere in venditione idoli, vel illius consecratione, aut vestis sacerdotalis ad petitionem infidelis factam; & de hoc dictum est *suprà.* Nota etiam quod sententiam Valentia tenet nouissimè Adamus Tannerus *tom. 3. disp. put. 1. q. 9. dub. 5. n. 144.* docens, Christianum magna egestate presum, quem aliunde subleuare facile non possit, posse infideli idolum vendere, si modò mala intentio absit, & quacumque demum ratione conser, eum hoc non facere ea intentione, ut euulsiōi persecutionis foueat, aut eam quouis modo profiteatur; sed, ut dixi, Doctores contrariam sententiam tenent communiter.

### RESOL. LXVI.

*An liceat vendere Iudæis Agnum, quem scio ab ipsis immolandum; & quid de similibus venditionibus?*

*Ex quo inferitur qua ratione sit licitum, vel illicitum conficere, aut vendere res aliquas, quibus cooperatores creduntur ad peccandum abusuri, ut vestes, arma, fucos, venena, &c. Ex p. 5. u. 7. Res. 37.*

§. 1. **L**ibet huic quæstioni respondere cum verbis Petri lorca *in 2. 2. quæstione 10. articulo 9. num. 5.* ubi sic ait: Consentunt omnes nefas esse vendere, aut quomodolibet ministrare ea que per se ad infidelitatem conferunt, nec alium vium habent, ut vestes sacerdotales, idola, templa idolorum, Synagogas & similia, quia hoc est cooperari prauis actionibus. Et eodem modo vniuersum non licet præbere alicui, construere, aut vendere quæ per se malæ actionis instrumenta sunt. Solus ergo est dubitatio de indifferentibus, quæ per se determinata non sunt ad prauæ actionis vium, sed possunt in alios vsus assumi, ex malitia tamen infidelis ad infidelitatis actiones applicantur, ut vendere agnum Iudæo, quem ipse immolet, purpuram, aut sericam Gentili, ex quibus vestem sacerdotalem conficiat. In quo puncto conueniunt etiam auctores peccatum esse, si ista vendantur ea intentione; ut infidelis ad infidelitatem eis utatur, & nullum esse peccatum, si vendantur cum ignorantia probabili futuri vsus. Sed controversatur vendantur sine intentione, cum scientia tamen prauis vsus. Ioannes Medina *C. de res. quest. 30. numero 7. et dicitur Armilla versicul. Infidelitas, numero 7. et dicitur Antoinin. 3. part. tit. 1. cap. 27. §. 3.* Rosell. *ver. de dicitur Armilla versicul. Infidelitas, numero 7. et dicitur Antoinin. 3. part. tit. 1. cap. 27. §. 3.* Melius tamen Caietan. *articul. 4. bonæ quest.*

¶ q. 169, art. 2. Angelus *vers. Infidelitas*, num. 1. Natus in *summa* cap. 20. num. 16. & cap. 23. num. 91. dicunt non esse peccatum, quia cum hac instrumenta indifferentia infideli præstantur, actio iniqua eius non est volita directè, neque indirectè, est enim effectus per accidens, & non per se consequens, qui non imputatur, etiam si sit præuisus, dummodo non sit intentus, ut patet ex doctrina S. Thom. 1. 2. *quest. 74. art. 8. & quest. 20. art. 4.* Quidam limitant hanc sententiam ut vendere non liceat; si eò quòd non dederim speretur impediri peccatum alterius, & ego non patior detrimentum aliquod magni momenti. Sed non oportet his scrupulis innodare conscientiam, nam hic non agimus de obligatione impediendi peccatum alterius, quæ provenit ex correctione fraterna & charitate, & habet suas regulas, quas agentes de charitate trademus; nunc vero solum agimus de ea obligatione, quæ oritur ex cooperatione & concursu ad iniquam alterius actionem, & qui huiusmodi instrumenta ministrat, raro impeditur peccatum alterius, & rarius tenetur discutere, an impedire valeat. Aliter tamen ego limito sententiam hanc, quo pacto potest etiam in concordiam cum priori reddi. Nam aut instrumenta hæc quantumcumque indifferentia dummodo sint apta, præbentur non solum ei, quem scio, vel probabiliter credo male usurum, sed etiam exercenti actum pravam actionem, vel ad eam proximè parato, aut solum dantur cum dubio, vel præcognitione pravi usus, non tamen in ipso exercitio, aut exercitium paranti. In primo casu non dubio peccatum esse quomodocumque dare cooperationem in re iniusta. Ratio est, quia vel non possunt hoc modo dari sine expressa intentione mali eventus, vel ex circumstantiis efficitur causa per se hic & nunc illius effectus pravi, hac enim ratione peccaret, qui tendenti ad occisionem alicuius præberet gladium, & qui agenti, aut paranti bellum iniustum venderet arma & comæctum, & qui sacrificanti Iudæo, aut Gentili præberet agnum, aut victimam. In secundo vero casu procedit secunda sententia, & eius fundamentum. Hæc omnia Lorca, quem sequitur Coninch *de fide, dispnt. 28. dub. 13. conclus. 2. n. 214.*

2. Unde ex his inferitur qua ratione sit licitum, aut illicitum conficere, aut vendere res aliquas, quibus emptores creduntur ad peccandum abuturi, v. g. vestes, quibus abutentur ad superbiam, aut luxuriam, arma, quibus ventur in bello iniusto, aut aliquem iniuste occidunt. Dicendam enim est primò non licere eiusmodi res vendere, quæ communiter solent in malum usum peti, nisi nobis constet hic & nunc non peti in malum usum. Hinc pharmacopola prohibentur passim omnibus vendere venena. Secundò licere bona intentione conficere & vendere res ex se ac communi usu indifferentes ad bonum, vel malum usum, est sciam eumentem aliquando iis ad malum abuturum, modò venditio, atque emptio ita fiat, ut ex iis earumve circumstantiis non possit hic & nunc colligi ille malus usus futurus, siue mala eumentis intentio; secus vero esset quando emptio cum eis circumstantiis sit, ex quibus exterius apparet mala eumentis intentio. Hinc illicitè iam furenti, & mitanti alteri necem vendo gladium. Item illicitè deferto arma ad castra eorum, qui iniquum bellum gerunt, aut etiam iam apertè ad illud proficiscentibus illicitè ea vendo. Secus esset si aliquibus meam officinam omnibus patentem instat aliorum accedentibus ea venderem, quos ex aliquibus aliis signis conicerem velle ad bellum iniustum proficisci, aut aliquando aliquos occisurus, tunc enim his, sicut aliis, licet ea vendo; nisi forte non vendendo possem eorum peccatum vel absolute, vel magna ex parte ini-

pedire, tunc enim si sine notabili meo incommodo possem ea non vendere, ad hoc tenerer. Quòd si non possem ea non vendere sine tali incommodo, tunc videndum est, an malum quod non vendendo impedirem, sit tanti momenti, ut ad illud evitandum teneam illud incommodum pati, vel contra; an sit levius, quam ut teneam illud cum igno meo incommodo impedire? In secundo enim casu licet talem rem vendo, ut incommodum vitem, secus est in prioro. Quæ etiam locum habent in venditione rerum, & se indifferentium, quæ communiter ad malum finem petuntur (ut sunt venena, & similia) aut iis circumstantiis petuntur, ex quibus patet eas ad malum usum peti. Et hæc omnia docet Coninch *vbi supra, num. 217. 218. & 219.* Vide etiam me ipsum in 1. p. *tract. 8. ref. 41.* neque deferas videre Syllium in 2. 2. *quest. 77. art. 4. queritur 1. concl. 1. & seq.* & Castrum Palaum tom. 1. *tract. 6. dispnt. 6. punct. 8. per totum.*

3. Verum post hæc scripta invenio Hurtadum de Mendoz. in 2. 2. *disp. 76. sect. 5. §. 179.* docere, urgente necessitate gravi licere ministrare Iudæo agnum, quem emit immolandum; & contra Lorecam putat, parum referre Iudæum esse paratum, vel imparatum. Sed circa præsentem questionem vide etiam Duallium in 2. 2. *D. Thoma, tractat. de fide, quest. 7. art. 6. concl. 2.* Granad. in 2. 2. *contr. 4. tractat. 18. disp. 12. num. 3.* Malderum & Vigers in 2. 2. *quest. 10. articul. 9.*

RESOL. LXVII.

*An licite possis ministrare indifferentia, eo quod proximus alius erat transgressurus præceptum, ut v. g. admonere scalam, vel humero sustentare, quando quis vult furari, aut hominem interficere, vel fornicari, aut vendere Agnum Infideli, quem scis velle ad immolandum Idolos; fucos mulieri, quos scis velle ad alliciendum iuvenes ad corpem sui amorem; & etiam de canponibus, tabernariis, & similibus agitur? Ex part. quinta tractat. 7. Ref. 38.*

§. 1. Negatiuè respondet Suar. *de charitate, dispnt. 10. sect. 3. n. 2. & sect. 4. num. 5.* cum Castro Palao tom. 1. *tract. 6. disp. 6. punct. 10. num. 4.* & ratio est quia si proximus, verb. g. alibi non esset soluturus ieiunium, & tu nulla causa intercedente cenam subministrares, feceris omnes conueniunt te peccaturum, quia aliquo modo concurris peccato alterius. At quòd alibi proximus sit soluturus ieiunium, non immutat tuum concursum, qui in subministracione cenæ consistit. Ergo eodem modo concurris. Præterea contra distinctionem Sanchez est, quia tota malitia harum actionum indifferentium sumitur à peccato, quod adiuvant; cum autem hoc grane sit, ut supponimus, semper debet dare malitiam grauem. Ergo vel esse alibi proximum peccatum excusat, ne peccatum proximi iis actionibus indifferentibus tribuat malitiam; vel si non excusat, non poterit illam minuere. Adde esse proximum eodem modo peccaturum, esto tu non ministras necessaria peccato, est contingens, & fortè ita non erit, poterit enim alia via impediri à peccato, vel Dei inspiratione remoueri, quantumuis modò sit determinatus. Ergo quantum est ex te, teneris hunc effectum bonum possibilem promouere, & impedimentum ei non apponere.

2. Verum Sanchez in *summa* tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 16. circa præsentem questionem sic distinguendum existimat, si res indifferens sit ita proximè ad peccatum ordinata, ut per se mala sit merito

Quæ sic est in tom. 6. n. 3. Ref. 110.

Sup. hoc in Ref. præterita ab eius principio

Sup. hoc in tom. 4. n. 6. Ref. 125. & hic infra in Ref. 73. eorundem in §. Item contra Vasquez.

Sup. hoc in Ref. præterita à principio, & in §. vnde, & infra





in Ref. 78. §. 2. & in tom. 6. tr. 3. Ref. 110. & ibi in tr. 4. Ref. 1. §. 3. ad lin. 7. & §. vit. & in Ref. 2. §. v. de.

conspicua; quamvis in aliquo casu possit esse licita, iuxta dicta num. 7. suppeditans non excusatur à culpa, quamvis certò sciat alium paratum ad peccandum, & inuenturum alium qui materiam suppeditet, vt nemo excusaret adiuuentem scalam, vel humeris sustentantem, quando quis vult furari; aut hominem interficere, aut fornicari. Quamvis hæc actiones ex se indifferentes sint, & in aliquo casu maxima excusanti causa licita, nec deesset qui inuaret. Et ratio est: quia tales actiones ita proximè peccato accedunt, ad illudque ordinantur, vt ex se malæ dici merito queant, nisi causa aliqua vrgenti excusetur. Si verò res illa sit omnino ex se indifferens, ac remotè se habeat ad peccatum, vt vendere agnum infideli, quem scio velle ad immolandum idolo, fucos mulieri, quos scio velle ad alliciendum iuvenes ad turpem sui amorem, tunc probabile censo vendentem excusari à culpa, si certò sciat ipso non vendente, alterum venditurum, quamuis nulla alia causa excusans concurrat, quod probant rationes pro parte affirmatiua adductæ. Vel certè est satis probabile id non fore culpam mortalem, atque re bene pensata ita probabilis iudico, sed fore culpam venialem. Ita Sanchez quem postea sequitur Bonacina de peccatis, disput. 2. quest. 4. punct. 2. §. unico, numer. 35. vnde puto vtramque sententiam probabilem esse.

Sup. hoc signanter in Ref. 3. 4. & §. nor. præterita. Sup. his infra in Ref. 7. §. pen. & super hoc tertio supra in Ref. 59. & in alii eius an not.

3. Hinc ex hac posteriori sequitur vendentem ornamenta, fucos, &c. quibus mulier iam parata abutetur, excusari posse à mortali, si ipso non vendente, alter venderet, etsi hoc faciat iusta de causa. Secundo excusari caupones, & tabernarios, cocnam, vel ientaculum matutinum, aut pomeridianum nolenti ieiunare, qui alios cibos inueniret ipsis non parantibus cocnam, vel ientaculum. Tertio excusari famulos parantes mensam, aut mensæ inferuentes, aut coquentes cibos. Vide Bonacinam vbi supra.

RESOL. LXVIII.

An transeunt per loca infidelium, & hæreticorum sit licitum comedere cibos venios ad evitandum graue damnum; dummodo absit scandalum? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 35.

Sup. hoc infra in fine Ref. 70. & in Ref. 71. §. vit. cursum ad medium, & in tom. 6. et. i. ex fidei doctrina Ref. 49. §. vit.

§. 1. Respondeo à fortiori ex dictis vt plurimum affirmatiuè, quia licet per huiusmodi signa aliquo modo distinguantur fideles ab hæreticis, & infidelibus, at non sunt signa instituta ad falsæ fidei professionem & potestatem hæresis. Ergo illis cibi vtens præsumi non potest negare fidem, aut falsâ protestari, sed solum te occultare voluisse, cum nō tenearis te manifestare. Ita Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 25. Azotius tom. 1. lib. 8. cap. 27. quest. 3. Covinch de fide disput. 1. §. dub. 3. num. 50. Hurtado de Mendoza in 2. 2. disput. 48. sect. 6. §. 99. Becan. in 2. 2. cap. 9. quest. 5. num. 23. Caltrus Palaus tom. 1. tract. 4. disput. 1. punct. 17. num. 9. Layman lib. 2. tract. 1. cap. 11. numer. 1. & alij. Dummodo absit scandalum, quod quis facillè potest evitare manifestando causam, & nisi publica autoritate prouoceris, cibos illos edere in contemptum Ecclesiastici præcepti.

RESOL. LXIX.

Olim per epistolam qua seruiam à me, an in terris Turcarum, si quis vratur pileo Turcico, cum Tobalia alba, vt securus transeat, peccet mortaliter?

Et quid, si sequatur scandalum? Et inter alia, que circa hoc, & circa vites inferuntur, & circa ceremonias alicuius falsæ scilicet Religionis, tandem notatur licere vexilla signis consuetis Turcarum insignita in classe, vel Exercitu erigere, etiam si esset signum Mariæ, Palladis, aut Iouis, Solis, aut Luna, & titium Mahometis. Etianque notatur non semper preceptum de confitenda fide obligare ad respondendum infideli interroganti, an aliquis sit Christianus, &c. Et ex p. 5. tr. 5. & Misc. i. Ref. 49.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Cælius in 2. 2. quest. 3. art. 2. D. Antonius in part. 2. tit. 12. cap. 6. sub fine, Syluester ver. Apost. in 1. 2. q. 1. n. 4. Angelus ver. infidelitas, n. 9. Nauarum in man. c. 11. n. 27. Philarchus de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 9. Toletus lib. 4. c. 2. Valentia tom. 3. disput. 3. punct. 2. & nouissimè Becanus in 2. 2. c. 9. §. 1. dub. 6. n. 35. quia numquam licitum est falsam sectam simulare; sed in tali Casu Christianus simulat se Turcam esse. Ergo peccat mortaliter. Sed contraria sententia mihi videtur probabilior cum Sæ ver. fidei, 7. Dico igitur id esse licitum ob periculum mortis, aut iustam ab hoste victoriam reportandam, vel ob aliam causam satis grauem, & necessariam. Et ratio est: quia huiusmodi vestes perse, & directè non sunt signa protestatiua falsæ Religionis, sed sunt res secundum se indifferentes: ergo, &c. Et ex his inferitur, posse aliquem Romæ gessare pileum cum signo suo, more Iudæorum, vt dum ad necem quartur, incognitus effugiat.

Et nouissimè hanc sententiam præter Doctores citatos docent Tannerus in 2. 2. disput. 1. quest. 7. dub. 5. n. 110. Bañez in 2. 2. quest. 3. art. 2. dub. 2. Sanchez & Coninch vbi infra, Layman in Theol. moral. lib. 2. tract. 1. c. 11. n. 3. Villalobos in summa tom. 2. tract. 1. diff. §. num. 10. Suarez de fide, disput. 14. diff. 5. num. 7. & alij.

2. Ad argumentum contrarium respondetur, se prædictas vestes non continere mendacium, nec falsam significationem, & c. proinde, nec falsi negationem, sed occultationem tantum cum materiali simulatione. Et confirmatur, quia etiam in verbis, si habeant plura significata, licitum est vti verbo ambiguo in significatione, quæ ad occultandum lecretum deseruit, etiam si ab audiente in alio sensu sint verba accipienda. Ergo in nostro casu licitum est vti talium vestium in necessitate, sunt enim quasi ambigua, & æquiuoca signa, quæ possunt, vel ob locum vltimum primarium, vel propter significationem formi. Est igitur in potestate ventis, vnum ab alio separare, etiam si quis fortasse decipieret sit.

3. Sed plus addunt Sanchez in summa, tom. 1. disput. 2. cap. 4. n. 20. & alij, ob grauem necessitatem licere etiam in terris infidelium vti per materialem simulationem ad se occultandum vestibus perse per se primò deputationis ad superstitiosum cultum alicuius falsæ sectæ, quæ non habent communem, & corporalem vltimum, sed sacrum, vel quasi sacrum in tali se cta. & ratio, quia supradictæ vestes etiam in tali casu sen per retentionem aptitudinem, quam de se habent ad communem vltimum tegendi, ac defendendi corpus. Ergo licitum est homini vti quacumque veste propter hunc vltimum quasi intrinsecum, & naturalem, contempta quocumque alia hominum institutione, & permittendo alicui deceptionem, etiam si inde sequatur scandalum. Hæc opinio est probabilis, sed longe probabilior est contraria, quam tuentur Suarez tract. de fide, disput. 4. diff. 5. num. 12. & alij.

4. Notandum est etiam hic obiter, primò aliquos etiam

etiam asserere licere falsam Religionem, vtendo ali-  
quibus ipsis caeremoniis; quibus illa in cultu sibi  
proprio vitur, non quatenus sunt caeremoniae illius  
Religionis, sed ob alium finem, & iustam causam.  
Ita Medina in part. 2. q. 103. art. 4. & hanc sententiam  
nouissimè docet etiam Lorca in 2. 2. 2. *quæst. 6. disput.*  
24. *num. 7.* vbi *num. 9.* addit hoc verum esse, etiam si  
hæc ita fierent, vt videntes credant non illas caeremo-  
nias formaliter usurpari, quatenus sunt caeremoniae il-  
lius Religionis, quia hæc est simulatio, aut potius dis-  
simulatio; addit tamen idem Lorca huic sententiae  
triplicem limitationem. Primò, vt actiones tales sint,  
vt ratio cultus ab iis separari possit; ideòque damnat  
adorationem externam Idolo factam cum iis circum-  
stantiis, quibus nata est significare eiusdem internam  
adorationem. Secundò, vt ablit scandalum. Tertiò,  
vt illo vlt non obscuretur confessio fidei, quando  
hæc obligat, nec ex circumstantiis ceteri possit  
fidem negari. Hæc omnia Lorca; sed an probabi-  
liter, iudicent viri docti; nam illum impugnat  
nouissimè Coninch *tract. de fide, disput. 15. dub. 3.*  
*num. 28.*

5. Notandum est secundò contra Azotium *tom.*  
*1. lib. 8. cap. 27. p. 6.* & alios, licere vexilla signis con-  
fuctis Turcarum insignita in classe, vel exercitu eri-  
gere, etiam si esset signum Martis, Palladis, aut Iouis,  
Lunæ, Solis, & etiam Mahometis. Et ita docent  
Camerus in 2. 2. *disputat. 1. questio. 7. dub. 5. num.*  
*117.* Layman in *Theol. moral. lib. 2. tractat. 5. cap. 11.*  
*num. 4.* & alij.

6. Notandum est tertio contra Caietarium in 2.  
2. q. 3. art. 2. non semper præceptum de confitenda  
fide obligare ad respondendum infideli interroganti,  
an aliquis sit Christianus; sed regulariter tantum id  
verum est, quando alioqui dissimulatio fidei eederet  
in fidei iniuriam, aut nocumentum proximorum. Et  
ita docet Bañez etiam in 2. 2. q. 5. art. 2. quem nouis-  
simè sequitur Tannerus ibidem *disput. 1. q. 7. dub. 5.*  
*n. 120.* Coninch *tract. de fide, disput. 15. dub. 5. n. 109.*  
Lorca in 2. 2. *disput. 24. n. 21. & 22.* cum aliis.

7. Aduerte tamen cum Filiucio *tom. 2. tract. 22.*  
*cap. 3. n. 65.* posse in tali casu aliquid eludere aliqua  
ratione interrogantem, non autem negare se esse  
Christianum.

## RESOL. LXX.

An ad euitandam mortem, vel aliud grauissimum  
dammum aliquando sit licitum vti pileo pallido In-  
deorum, vel Tobalis Turcarum?

Et an Sacerdos Gentilis, & Turcicus ad Fidem no-  
stram conuersus teneatur statim deponere vestes, quibus  
vri solet?

Et an Catholicus Angliæ vescendo carnibus diebus  
venit veneris, & Quadragesime ad se occultandum,  
peccet? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 33.

§. 1. Negatiuè respondent DD. quos citat Sanchez in *summa. tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 18.*  
quia pileum illud indicat eo vtentem esse Iudæum.  
Sed nullus potest licite dare infidelitatis indicium. ergo  
neque eo pileo vti.

2. Sed hoc non obstante Gordonus in *summa*  
*tom. 2. lib. 6. quest. 12. cap. 9. §. 3. num. 22.* Duallius  
in 2. 2. *D. Thomæ, tract. de fide quest. 3. art. 3. conclus.*

2. Vviger in 2. 2. *quest. 3. art. 2. num. 50.* Tannerus  
*tom. 2. disputat. 1. quest. 7. dub. 4. num. 100.* Castrus  
Palau *tom. 1. tract. 4. disput. 1. punct. 17. num. 3.* Con-  
inch *de fide disput. 15. dub. 3. conclus. 8.* & Hurtado  
de Mendoza in 2. 2. *disput. 48. sect. 3. §. 27.* centent  
probabilem, aut probabiliorem sententiam, nem-  
Tom. VII.

pe interdum licere usurpationem signi, quo soli in-  
fideles vtuntur pro signo suæ sectæ. Et quoad pi-  
leum dico eius vltm posse esse ex aliqua causa distri-  
cta à Religionis causis: ergo possumus eam ob cau-  
sam illo vti ob aliquam necessitatem vitandæ mor-  
tis. Antecedens patet, quia pileus habet effectus  
naturales independentes à significatione Iudæica, non  
secus ac aliæ vestes, quò distinguitur à verbis, qui-  
buscum loquimur, non vitur nisi ad significan-  
dum obiectum vt à nobis concipitur. Consequen-  
tiam probò, quia quando vltus est indifferens ad si-  
gnificanda plura, non est cur ex graui uecessitate vi-  
tandæ mortis non possim ego vti ad finem distin-  
ctum à professione Religionis. Quod explico, quia  
commune est hostes indui suorum hostium vestibus,  
vt vt eos capiant, vel fugiant. Vnde Turca videns  
in mari nauim cum gentilitio Lunæ, imprudenter cen-  
set nauem illam esse Turcarum, sed si prudens sit,  
debet timere ne sit Christianorum se alieno signo  
dissimulantium; ergo eadem ratione si Iudæus gla-  
dio & ferro minitans Christiano, videat hominem  
Iudæico ritu pileatum, imprudenter censet talem  
hominem esse Iudæum, debet enim suspicari illum  
esse fortè Christianum. Ratio à priori, quia in his  
euentibus hæc stratagemata sunt familiaria hostibus  
ipsis sic suos fugientibus. Cæteras rationes videbis  
apud Hurtado, qui respondet ad argumentum super-  
ius allatum, distinguendo maiorem; illud enim  
pileum in nostro casu indicat prudenti æstimatori  
circumstantiarum eã vtentem esse Iudæum determi-  
natè, Nego maiorem; indicat vagè & confusè eum  
esse Iudæum, vel hostem dissimulatum habitu Iu-  
dæico, concedo maiorem. Distinguo item minorem,  
nullus potest dare indicium infidelitatis, quo deter-  
minatè prudens circumstantiarum æstimator, iudi-  
cet eum esse infidelem, concedo minorem, non  
potest dare indicium vagè indicans vel infidelita-  
tem, vel hostilitatem occultam, nego minorem. Et  
ideo stante hac opinione, ex illa infert Duallius  
*vbi supra in 2. 2. D. Thom. tractat. de fide, questio.*  
*3. articul. 3. conclus. 2.* Sacerdotem Gentilem &  
Turcicum ad fidem nostram conuersum, non teneri  
vestes, quibus vti solet, statim deponere, & se pro-  
dere, atque periculo euidenti mortis se exponere.  
Et Catholicos Angliæ \* vescendo carnibus diebus  
Veneris, & in Quadragesima ad se occultandum  
minimè peccare, licet ad protestationem libertatis  
Euangelicæ talis esus fuerit permissus & introdu-  
ctus. Rationes pro his illationibus videbis apud  
Duallium.

\* Sup. hoc  
supra in Ref.  
68. & in aliis  
eius annot.

## RESOL. LXXI.

An liceat exploratoribus, vulgo dictis Spiæ, simula-  
re in terris infidelium se esse Turcas, & vestibus  
protestationis falsa secta vti, adire eorum Temples,  
vesci carnibus diebus vetitis in Ecclesia, &c? Ex  
p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 13.

§. 1. DE hoc casu interrogatus fuit Bonacina, vt  
ipse testatur *tom. 2. disputat. 3. qua-*  
*stio. 2. punct. 3. §. 3. numer. 26.* & negatiuè re-  
spondet, quia vltus supradictorum signorum est in-  
trinsecè malus: sunt enim signa ex le ordinata ad ne-  
gandam fidem.

2. Qui tamen antea fatetur contrariam senten-  
tiam esse probabilem, & ita etiam illam vocauit  
Valentia *tom. 3. disput. 1. questio. 3. punct. 2.* qui-  
bus nouissimè adde Ioannem Machadam *de per-*  
*sect. Confess. tom. 1. lib. 2. tractat. 1. docum. 5. num. 8.*

H h 3 vbi

vbi sic alserit. *Gravissima questio est, si las espías, que vienen los Reyes en tierras de infideles, y hereges puedan licitamente por el bien de la Christianidad fingirse Turcos, ò hereges, y como tales acudir à sus Templos, usar de sus vestiduras, y otras señales protestativas de falsa setta, &c. Probable opinion es, que sí, y San Geronimo, y Adriano diz en, que aniendo iusta causa es licito fingir extrinsecamente la Idolatria, ò falsa Religión; con tal, que se excuse el escandalo, ni sea el tiempo, en que se deua confessar la F. por precepto affirmativo con la forma dicha en el Documento precedente. Ita ille. Et ratio huius affirmatiuæ sententiæ erit, quia simulatio falsæ Religionis extra illos casus, in quibus obligat præceptum affirmatiuum confitendi fidem, nec est contra id præceptum affirmatiuum fidei, vt patet: nec contra negatiuum; quia, vt suppono, non intendit aliquis per verba, aut ceremonias falsæ Religionis fidem suam negare; tunc enim mentiretur, quod nunquam licet, neque profiteri alienam, sed tantum in ea respectat utilitatem aliquam suam, vel aliorum. Neque etiam huiusmodi simulatio est tunc contra charitatem Dei, aut proximi; quia, vt suppono, abest scandalum infirmorum, & causa subest, propter quam meritò sit negligenda deceptio alterius, qui putet simulantem esse infidelem.*

3. Sed ego negatiuæ sententiæ proflus adhæreo: concedit tamen Bonacina. posse exploratores Principum Christianorum vii signis & vestibus, quæ iuxta regionis consuetudinem adhiberi consueuerunt modò Mahometus, vel aliquis falsus Deus, in ipsis non exprimitur, sicut etiam vesci carnibus diebus in Ecclesia vetitis; non autem licere prædicto viro Synagogas, & Moscheas adire, quo tempore Turcæ ad eas conflunt causa orandi, vel adorandi Mahometum, vel alii idolum; secus autem si adeat Synagogas ad negotium aliquod civile peragendum, vel ad inseruiendum alicui Principi, vel animo inspiciendi, aut inquirendi quid ibi agatur, absque intentione non solùm interiùs, sed etiam exterius colendi Mahometum, vel idolum.

Sup. hoc facta in Ref. 68. & n. a. ius eius annor.

## RESOL. LXXII.

*An instante necessitate licitum sit usurpare vestes, & signa Infidelium, instituta ad cultum & ceremonias falsæ sectæ & legis, & in quibus depictæ sunt imagines Deorum, & in vexillis effigiem Mahometis, Lunæ, Martis, &c?*

*Et quid faciendum sit ad evitandum aliorum scandalum in supradictis actionibus? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 34.*

Sup. hoc in Ref. præterita, & supra in Ref. 69. à §. Sed plus. Sed legeam per totam, & aliam eius primæ not.

§ 1. **N**egatiuam sententiam tenet Castrus-Palaus tom. 2. tract. 4. disput. 1. punct. 17. num. 7. Turrianus in 2. 2. tom. 1. disput. 35. dub. 4. Suarez de fide disput. 14. sect. 5. num. 8. & 12. Et ratio est, quia usurpatio illius habitus est simulatio Religionis falsæ, quia illo determinatè significamus observationem Religionis falsæ, etenim vestes illæ nulli alij vsui deseruiunt. Ergo, &c. ita etiam docet ex Syluestro, Toletò, Suarez, Iacobus Gordonus in summa tom. 2. lib. 6. quæstion. 12. cap. 9. §. 2. num. 20.

2. Sed contrariam sententiam in terminis & expressè tenet Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæstion. 4. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 20. quam vt probabilem tenet Coninch de fide disputat. 15. dub. 3. num. 73. conclus. 9. Castrus Palaus vbi supra, & nouissimè docet Duallius in 2. 2. D. Tuoma, tract.

de fide, quæst. 3. art. 3. concl. 3. Ioannes Wiggers in 2. 2. q. 3. art. 2. num. 56. & Hurtado de Mendoza in 2. 2. disput. 48. sect. 4. §. 54. Probat, quia usurpatio illius vestis habet vsus naturales & politicos independentes à significatione cultus illiciti. Ergo urgente graui necessitate possumus licitè illam vestem usurpare. Consequentia patet ex §. 28. Antecedens probatur quia omnis vestis potest calori, frigori & elegantia corporis seruire, nam & manipulus potest esse ad elegantiam, vel alium finem quo differtur signa rerum à signis vocum, quòd vocis natura sua sunt instituta ad significandam rem, vt concipitur à loquente: vnde dicitur signum vocale Religionis alienæ, est simulatio, & vitiosa: res autem natura sua non sunt instituta ad significandum, vnde possumus illis vt independentem ab ea significatione. Ab infidelibus res usurpari ad illicitum suum cultum est rebus omnino per accidens, neque illis admittit significationem naturalem, aut politicam. Nec ego teneo ad aliorum consuetudinem urgente graui necessitate, neque do signum quo prudenter in illis circumstantiis censetur determinatè esse infidelis. Secundò probatur, quia si aliqua ratione usurpatio huius vestis esset illicita, esset maximè quia videtur esse quidam cultus, sed non ex omni casu. Ergo. Probo minorem, quia vestis sacerdotalis non est cultus in Deum, sed habitus quo exercentur ceremonie & cultus in Deum, Sacerdos enim Iudaicus non colbat Deum sola impositione mitræ, sed quando sic vestitus mitræa, & stolas, aut adolebat incensum: si autem extra templum extraheret mitram, nullum propterea cultum exerceret: sed posset illam extrahere, vel ne caput infrigidaretur, aut vt elegantior mulierculæ videretur. Tandem à priori, quia ex communi gentium consuetudine sunt stratagemata satis familiaria, ad vt ingruente bello alii hostes se dissimulant signis alterorum hostium, tunc enim prudens quisque, qui de facie non nouit eum, quem prope se videt amictum habitu simili suo, debet cohibere asserendum, neque opinari certò illum esse amicum, debet enim timere an sit explorator, an hostis occultus. Itaque in illo casu usurpatio vestis iuxta communem consuetudinem etiam illius gentis, non significat determinatè professionem falsæ religionis, nam & gentes illa eodem stratagemate vtunt in simili periculo, quando autem delunt huiusmodi circumstantiæ, & prudens quisque omnibus consideratis censet nullam esse occasionem induendæ vestis præter intantum assensum falsæ religionis, tunc usurpatio illius vestis est simulatio, & consequenter est contra veritatem, & religionem, in aliis casibus non est, quia de se non est significatiua, vt est loquutio. Ita Hurtado vbi supra, qui rectè etiam in §. 57. docet aduersus aliquos posse Catholicum vt vestibus, in quibus depictæ sunt imagines Deorum, & in vexillis effigiem Mahometis, Lunæ, Martis, &c. Quid autem faciendum sit ad vitandum scandalum in supradictis actionibus, vide Hurtadum in 2. 2. disput. 173. sect. 5. §. 286. & seq. vbi optivè et notat quòd si inimicæ periculum deferendæ fidei in cruciatibus, aut aliis actionibus, non adesse obligationem ad vitandum aliorum scandalum à dictis actionibus abstinere.

## RESOL. LXXIII.

*An Christiani remigantes in irremediis Turcarum, peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem; Vbi plures alios casus decisos inuenies?*

*Sed in hoc nouo ordine fere omnes casus contenti in corpore*

corpore huius Resolutionis in hoc etiam tractatu supra reperies in suis specialibus, & laicis Resolutionibus. Ex p. 3. tract. 5. & Misc. 1. Resolut. 36.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docuerunt Fernandez in exam. Theol. mor. par. 4. cap. 5. §. 4. numer. 6. Vgolinus de cens. Papa reseruatis par. 2. cap. 3. §. 2. Suarez tom. 5. disput. 21. sect. 2. numer. 60. 61. & 62. Paulus Comitulus in resp. mor. lib. 3. quaest. 8. Graffius part. 1. lib. 4. cap. 18. numer. 6. Sayrus de cens. lib. 3. capit. 7. numer. 8. Beja part. 3. cas. 23. Salas in p. 2. tract. 3. disp. 11. sect. 1. de legibus. Nauarrus in man. cap. 17. numer. 63. Toletus in summa lib. 1. cap. 24. & alij; sed si Turca corpora dictorum Christianorum affligunt, isti Doctores animas laesunt, quia si haec opinio esset vera, var, var, & Christianis captiuis.

2. Ideo contrariam sententiam puto omnino sustinendam esse, quam docent 8. Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 7. n. 18 quibus ego addo Tannerum in 2. 2. D. Thom. disputat. 1. quaest. 9. dub. 5. numer. 144. Villalobos in summa tom. 1. tract. 5. diff. 10. numer. 2. Layman in Theol. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 13. numer. 5. Naldum in summa ver. Christianus 2. numer. 6. Reginaldum tom. 2. lib. 21. numer. 119. Turrianum in 2. 2. disput. 9. dub. 3. Filiucium tom. 2. tract. 22. c. 5. numer. 147. Benzoni in tract. de fuga lib. 1. disput. 1. quaest. 4. Soufam in Bull. Cens. cap. 4. disput. 31. numer. 6. Vasquez opusc. de scandalo art. 8. dub. 7. Ortiz in sum. c. 17. numer. 80. Auilam de cens. part. 2. disput. 8. dub. 7. Duardum in Bull. Cen. lib. 2. can. 3. quaest. 13. conclus. 1. numer. 1. & seq. Vegam in summa tom. 1. casu. 118. cap. 2. Rebellum part. 1. lib. 1. quaest. 14. sect. 7. numer. 52. Possunt igitur dicti captiui Christiani contra Catholicos remigare, vel propugnacula aedificare, sarcinas, machinas, & arma necessaria ad bellum asferre. Et ratio est, nam licet peccatum ad quod materialiter cooperantur, perniciosum sit, tamen cooperatio illorum non tam propinqua est, vt sine illa damnum nihilominus inferretur, quia alij non deessent, qui hunc laborem obirent, & actiones supradictae sunt indifferentes. Ergo, &c. Limitanda tamen videtur haec sententia. Primum, si eo loco constituta res ita esset, vt captiui auxilium denegantes, magno periculo Christianos eriperent, vel victoriam illis conferrent; tunc enim bonum Reipublicae Christianae anteponendum erit propriae vitae. Secundum, etiam limitanda est in iis qui tormenta in Christianos dirigit, ignem applicant, quia directe damnum inferunt.

3. Ex dictis deducuntur multi casus in praxi saepius occurrentes; nempe licere famulis cibos condire, & ad mensam ministrare, & lectum sternere concubinae heri & ornare heram meretricem, secundum Azorium tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quaest. 8. Sed male addit, licitum esse adducere concubinam in domum heri, vel in alium locum in quo peccaturus est, vel deserte interuentia, aut scripta, in quibus herus petit a concubina, vt ea nocte ad se veniat, etsi norit velle, vt veniat ad fornicandum. Vnde in his duobus casibus, & optime dissentit ab Azorio Rebellius part. 1. lib. 2. quaest. 14. sect. 7. num. 53. Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. c. 7. n. 25. & 26.

4. Item deducitur ex praedictis, licere famulis sternere equum, & herum comitari, & expectare, quamuis norint ipsum ad fornicandum abire; item iussu heri portare aliqua munuscula, vt esculenta ad concubinam, vel aperire ianuam domus concubinae, porrigere cibos, & mensam sternere, si ieiunare nolit, &c. ex eodem principio licitum erit domum meam supra tectici, vel viuario locare.

5. Item ex Caetano, Aragonio, & Bañez in 2. in Ref. 49. 2. quaest. 78. artic. 4. Salonio quaest. 62. art. 5. con- tr. 2. ad vlt. deponere pecunias apud eundem, licet hoc alicui, & melius non admittat, vt Sotus de iust. lib. 6. quaest. 1. art. 5. ad 2. Lessius lib. 2. cap. 20. pra in Ref. dub. 21. num. 184. Azorius tom. 2. lib. 12. cap. vlt. 53. &c. quaest. 2. & alij.

6. Item contra Vasquez opusc. de scandalo, art. 1. dubit. 3. & alios fas erit amico, qui violandi ieiunij causa ad cauponam diuertere cogitur, domum tecum abducere, & cenam ministrare hospitalitatis, vel vrbis nitatis causa. Ita Layman in Theol. moral. tract. 3. cap. 13. numer. 4. Caetanus in 2. 2. quaest. 147. art. 4. & alij.

7. Item licitum erit cauponibus ministrare cibos soluturo illis ieiunium. Ita Ledesma in sum. tom. 2. tract. 27. cap. 2. concl. 6. diff. 4. Salonio in 2. 2. quaest. 77. artic. 4. contr. 6. post. 3. concl. Martinus Ledesma 2. 2. part. 4. quaest. 17. art. 6. dub. 3. Faustus in Theol. Relig. lib. 1. quaest. 178. numer. 1. & alij contra Fernandez in exam. Theol. p. 2. cap. 8. §. 2. numer. 22. Gabrielem in 4. disputat. 16. quaest. 3. art. 3. dub. 9. & alios.

8. Et tandem contra alios recentiores docet Tannerus 2. 2. D. Thomae, disputat. 1. quaest. 9. dub. 5. num. 144. posse aliquem vendere infideli idolum, aut Iudaeo in Synagoga aedificanda operam locare, si magna egestate prematur. Et ratio horum omnium est, quia praebere alteri proximam materiam peccandi ex se indifferentem ex iusta causa non intendendo eius peccatum, sed ad aliud spectando, non est directe ad malum cooperari; neque vero indirecte; nam illa dicitur indirecta cooperatio, quando quis potest sine suo incommodo, & tenetur abutentis peccatum euitare; quod non accidit in supradictis casibus, in quibus, vt supponimus, adest iusta causa, & necessitas; ergo, &c.

RESOL. LXXIV.

An remigantes, & captiui apud Turcas possint domos Christianorum perfringere, deuastare, & bona supripere?

Et an teneantur restituere damnum, quod ita dederint? Ex p. 5. tract. 7. Ref. 30.

§. 1. Possi dictos captiuos remigare in tiremibus Turcarum, contra plures Doctores satis firmam in 3. parte, tract. 5. resolut. \* 36. Difficultas est, an possint, quando, v.g. Turcae descendunt in terras Christianorum, illas deuastare, & bona nostra supripere? Coninch in 2. 2. disput. 31. dub. 7. num. 104. negatiue respondet. Sic enim ait. Notandum nullo modo Christianis in tiremibus Turcarum remigantibus licere depradari, aut incendere res Christianorum, quia hoc per se malum & iniustum est; quod etiam docet Lorca in 2. 2. sect. 3. disput. 51. numer. 10. vbi tamen concedit posse quidem quae alij rapuerunt suis humeris ad naues deferre, vel ad castra.

2. Sed ne addamus afflictionem afflictis, ego puto ex timore mortis contrariam sententiam esse probabilem, quam tenet nouissime Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. disputat. 6. punct. 11. num. 12. quia licitum est externis bonis proximi vti, prout necessarium est ad vitandum extremam necessitatem; sed illa deuastare, & supripere, & tradere minanti mortem, est in tali casu necessarium ad illam vitandam; ergo id facere licitum erit. Neque dominus illarum rerum debet esse inuitus, sed potius debet excharitate consentire, neque actionem, prout a te fit iniuriosam reputare; ergo, &c. Et hanc sententiam docet etiam

Hh 4 Molina

Er pro contento in hoc §. Item contra supra in Ref. 67. ad lin. 7. &c.  
Er pro contento in hoc §. Item licitum ibidem, §. vlt. ad medium, &c.  
Er pro contento in hoc §. vlt. supra in Ref. 64. & in fine Ref. 65. signatex sup. hoc.

Molina de *Iustit.* tom. 1. *tract.* 2. *disp.* 115. *conc.* 5. *num.* 7. vbi sic ait. Mortis metu, aut amissionis membri, fas est eiusmodi captiuus nocumentum inferre Christianis in bonis externis, & ad infidelium imperium, destruendo, capiendo, & ad triremes asportando. Probatur quoniam in eo euentu sunt in extrema necessitate illorum bonorum ad vitam propriam conferuandam: ergo quantum fas est cuique in extrema necessitate sumere de bonis aliorum ad conferuandam propriam vitam, tantum damni fas erit eiusmodi captiuus inferre bonis aliorum ad vitam propriam tuendam, praesertim cum si ipsi non cooperentur ad illud damnum, defuturi non sint qui illud similiter inferant. Quod si petas, an restituere teneantur damnum quod ita dederint? De iustitia rigore iuxta ea, quae in materia de elemosyna diximus, dicendum est teneri. Attamen regulariter credendum est Christianos, neque ab illis restitutionem expectare, neque eam velle. Quoniam praeterquam quod i mortis metu, & non in commodum proprium id effecerint, defuturi non erant, qui idem damnum darent. Ita ille.

3. Non desinam tamen hic adnotare Hurtadum de Mendoza in 2. 2. *disp.* 76. *sect.* 3. §. 114. non approbare hanc posteriorem sententiam; quando dominus est in eadem necessitate sulphuris, v. g. domus murorum & comeatum ad tuendam propriam vitam, tunc enim non possunt haec incendere, deuastare, aut demoliri, quia id est directa pugna; & reuera in tali casu non recederem ab opinione Hurtadi, qui tamen postea §. 112. bene docuit posse supradictos captiuos remos agere, arma ferre in locum certaminis, praedam humeris asferre, porrigere sulphur, &c.

## RESOL. LXXV.

*An Christiani mancipia Infidelium, possint licite remigare in eorum triribus, vel eis aliqua obsequia ministrare?*

*Et an teneatur restituere damnum, quod ita dederint?*

*Ex quibus etiam deducuntur alij diuersi casus saepe in praxi contingentes pro supradictis mancipiis, in quibus serui possunt ministrare Dominis absque peccato.*

Ex p. 7. v. 7. Ref. 57. alias 56.

Alibi in duabus Resol. ratiocentis, & in Resol. seq. §. Sexto.

Sup. hoc pro vforariis, & meretricibus supra in Res. 49. & in aliis eius not.

Sup. sequentibus casibus mag. late supra in Res. 44. 46. 47. 59. & 73. §. Item deducitur ad modicum, & in-

§. 1. DE hac Quaestione alibi à nobis actum est, nunc pro eius resolutione apponam verba Caspensis in *Cursu Theol.* tom. 2. *tract.* 17. *sect.* 2. *num.* 19. vbi sic ait: Inferitur plures excusari à mortali, facientes, vel subministrantes opus indifferens cum iusta causa, vt iure suo vtantur, v. g. Qui domos locant vforariis etiam publicis, dummodo alienigenae non sint, iuxta prohibitionem *cap.* 1. *de usuris*, in 6, & locantes domos meretricibus ad habitandum, etiam si aliis commode locare possint, vtuntur enim iure suo, nec censentur cooperari peccato illarum, cum locus se habeat extrinsecè, & nimis remote ad ad peccandum. Similiter Christiani capti à Turcis nauigantes metu mortis contra nostros, vel praeparantes necessaria ad bellum, aut auxilium ferentes ad munienda castra: nam praestant opus ex se indifferens ex iusta, & sufficienti causa, nimirum vitandae mortis, vel grauis nocuenti. Denique famulus concubitanus herum dum ad meretrices accedit, si ab eiusmodi concomitatu desistere nequit absque graui detrimento, vtitur enim iure suo, faciens opus ex se indifferens, modo vt non placeat eis peccatum, cum etiam faciant obsequia, v. g. cibos condire, mensae ministrare, lectum concubinae seruare, ia-

nuam domus illi aperire, deferre munuscula, & interuentura; vel domino ascendere volenti per festam, pedem illius sustinere, scalam apponere, &c. licet enim aliqua ex his obsequiis videantur valde coniuñta peccato, non tamen sunt suae naturae, & ex se peccatum; ac proinde seungi possunt à peccato per finem diuersum: quare non tenetur famulus ab his abstinere cum tanto incommodo, vt à domino expellatur è domo, penuriam patiat, vel alia graui incommoda sustineat. Ita Caspensis, cui adde Trulench in *Decal.* tom. 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 5. in 17. de nouissimè Amicus tom. 4. *de Iust.* *disp.* 16. *sect.* 4. *nu.* 32. Et ne deseras recognoscere me ipsum in part. 3. *tract.* 5. *resol.* 36. & in part. 5. *tract.* 7. *Resol.* l. 30.

## RESOL. LXXVI.

*An in obsidione alicuius ciuitatis, quando alius cibum non adest, licitum sit vesci carnis humanae?*  
*Et an gesta ex metu graui excusetur à peccato, vt v. g. an sit licitum captiuus Christianus metu mortis nocumentum ferre Christianis, destruendo, vel captiuando, & ad triremes asportando, aut alia similia faciendo, vel ad mouere scalam alteri volenti furari, vendere, vel commodare enfem volenti aliquem occidere, &c?*

*Et alij septem casus valde notandi in textu huius Resolutionis explanantur, in quibus ministrantes ex metu graui, specialiter Sacramenta excusantur à peccato.* Ex p. 3. *tract.* 6. & *Misc.* 2. *Ref.* 48.

§. 1. NEGatiuè quoad primum videtur respondere D. Thomas in 2. 2. *qu.* 142. *art.* 4. ad 3. de acerrimè tenet Valentia tom. 3. *disp.* 9. *quest.* 3. *p.* 111. ratio est, quia hoc intrinsecè, & ex obiecto malum est, & ideo nunquam licet, sicut nunquam licitum erit mentiri. Et hanc sententiam docent etiam Fernandez de septem peccatis *mor.* *cap.* 2. §. 6. Azorius part. 1. *lib.* 7. *cap.* 22. Victoria *relect.* 9. Syluius in 2. 2. *qu.* 142. *art.* 4. & alij.

2. At contrariam sententiam tuerent Lessius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. Sanchez in *summa* tom. 1. *lib.* 1. *c.* 18. *n.* 12. Naldus in *summa* *ver.* *Medic.* 7. Emanuel Saer. *Comedere*, *n.* 1. Caietanus in 2. 2. *qu.* 148. *art.* 2. Abulensis in 4. *Regum* *c.* 6. *quest.* 32. Toletus *lib.* 8. *cap.* 60. & hanc sententiam probabilem etiam esse putat Malderus in 2. 2. *tract.* 3. *c.* 1. *dub.* 1. in fine, quia non est intrinsecè malum vel carnibus humanis secluso homicidio; & quoniam eius prohibitio sit iuris naturae, prohibitio non obligat in vitæ discrimine. Et hoc etiam verum est, si vitæ periculum imminet ab extrinsecò, puta si sub peccato mortis à quopiam quis iubeatur carnibus humani vesci.

3. Hinc à fortiori licitum erit in morbi necessitate per modum medicamenti sumere aliquid humanae carnis alteratum, & licitum erit haurire sanguinem humanum ex vena adolescentis detractum ad acquirendum vigorem corpori senili, & senectuti prorogandae. Vnde Medici, inter illos Marcellus Ercinus *lib.* *de sanis. tuenda*, vocant hoc remedium singulare. Igitur ad seruandam vitam licitum erit vesci carnibus humanis, nam quae non sunt intrinsecè mala propter eius conseruationem licita efficiuntur.

4. Et ideo primò contra Comitolum *lib.* 5. *quest.* 7. *num.* 3. licitum erit propter periculum mortis comminatur ad mouere scalam furari volenti, vendere, vel commodare enfem volenti alterum occidere, aut ostendere vbi occidendus est Ita Durand. in *Boh.* *Can.* *lib.* 2. *can.* 3. *qu.* 13. *n.* 10. Sanch. in *sum.* 1. *lib.* 1. *c.* 17.

47. n. 18. Corduba in sum. q. 137. dub. 2. qui cum Auila de cens. part. 2. c. 6. disp. 8. dub. 5. afferunt etiam non peccare nauclerum, qui metu mortis, cymba transfuehit aliquos volentes duellum committere, vel alium interficere.

5. Secundò licitum erit celebrare Missam sine altari, vel calice consecrato, aut sine vestibus factis, vel lumine, metu mortis, dummodo non incuratur in odium Religionis, vel contemptum sacrificij Missæ. Ita contra Caietanum in p. 2. quest. 96. art. 4. docent Azorius tom. 1. lib. 10. c. 11. quest. 11. Valentia tom. 2. disp. 7. p. 5. punct. 6. Valquez in p. 2. disp. 161. cap. 3. n. 15. Becanus part. 2. tract. 3. cap. 6. quest. 4. n. 8. Et hanc sententiam veram esse puto etiam celebranda sit Missa sine vlla veste sacra, nam militat eadem ratio. Ita Salas de legibus disp. 11. sect. 1. n. 7. quidquid in contrarium asserant Granado in part. 2. contr. 7. tract. 3. p. 1. disp. 8. sect. 5. Filiucius tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 149. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 83. sect. 3. ver. secundò dicendum, & alij. Debet tamen in tali casu Sacerdos non celebrare cum vestibus valde sordidis, aut cum vale immundo, est enim seruanda reuerentia debita Sacramento.

6. Tertio licitum erit metu mortis contrahere matrimonium cum impedimento dirimente; si verò in eorum animo sit contrahere tantum exterius, non verò consummare, vel habere animum consummandi, non esset peccatum mortale. Ita contra Nauarrum c. 27. n. 141. & Caietanum in p. 2. q. 96. art. 4. docent Vazquez in p. 2. disp. 161. c. 3. n. 17. Suarez de legibus lib. 3. cap. 30. n. 13. Becanus part. 2. tract. 3. cap. 6. quest. 4. n. 9. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 18. num. 7. cum alijs.

7. Quarto licitum erit ob metum mortis, vel alterius grauis nocuenti communicare cum excommunicato non tolerato, id est, nominatim denunciato, vel publico clerici percussore. Ita contra Vgolinum de cens. lib. 2. c. 23. n. 4. Alensem p. 4. q. 23. membr. 1. c. 6. §. 2. Caiet. in p. 2. q. 125. art. 3. & alios docent Sayr. de censuris lib. 2. cap. 14. num. 40. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Suar. de cens. lib. 6. sect. 3. n. 10. Valq. in p. 2. disp. 161. c. 2. Azor. tom. 1. lib. 1. c. 11. q. 1. Salas de legibus disp. 11. sect. 1. n. 12. & alij penes ipsos.

8. Quintò infertur non teneri aduultum cum vite discrimine suscipere sacramentum Baptismi, quia potest elicere actum contritionis, & sibi consulere. Ita contra Azorium tom. 1. lib. 1. cap. 12. q. 2. docent Corduba q. 138. Aragonius in 2. 2. q. 6. art. 3. dub. 1. Sayrus in clauis Regia lib. 3. c. 7. n. 34. Sotus de iust. lib. 1. q. 6. art. 4. Suar. in 3. part. tom. 3. disp. 32. sect. 3. & alij, dummodo aduultus non esset in mortis articulo per se constitutus, vel nisi causa fidei aliud requireret.

9. Sextò licitum erit captiuis Christianis, metu mortis, aut amissionis membri, nocuentum inferre Christianis in bonis externis, & ad infidelium præceptum destituendo, vel capiendo, & ad tirremes asportando. Ita contra Bonacinam de contr. disp. 1. q. 2. punct. 10. num. 8. docent Turrianus in 2. 2. disp. 96. dub. 3. Reginaldus tom. 2. lib. 21. n. 119. Molina tom. 1. disp. 115. concl. 5. & Sanch. in sum. tom. 2. lib. 1. cap. 18. n. 7. qui etiam cum Laym. in Theolog. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 5. excusant à peccato hos captiuos asportantes facinas, & necessaria ad bellum, adinouentes scalas, & machinas ad muros porrigentes Turcis arma ab eis petita ad interficiendos Christianos. Et Molina cum Sanch. vbi supra, & Lessio lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 29. excusat dictos Christianos captiuos, qui Turcas humeris sustentant, atque iuuant ad castra munienda; ædifican-

da propugnacula; aliaque eiusmodi generis perficienda.

10. Septimò licitum erit Sacerdoti porrigere Eucharistiam peccatori occulto in occulto metu mortis, aut alterius nocuenti, nisi metus incuteretur in contemptum Sacramenti, vel odium Religionis. Ita Nugnus lib. 3. p. 1. tom. 1. quest. 80. art. 6. diff. 4. Bonacina de Sacram. disp. 1. q. 1. punct. 4. num. 14. & alij.

11. Et tandem octauò poterit Sacerdos metu mortis non incusso in odium Religionis, & Sacramenti contemptum conficere Sacramenta in materia dubia, vt Eucharistiam cum vino congelato, vel cum pane ex spelta confectio, vel ministrare Baptismum cum aqua ex sale resoluta, &c. Ita Henrici lib. 1. c. 9. n. 7. in glossa littera B. Sanchius in selectis, disp. 44. n. 12. Perez in laurea Salmantina certam. 10. cap. 12. Et ratio horum omnium est, quia gesta ex metu in supra dictis casibus excusant à peccato, cum non sint intrinsece mala.

Quo ad hæc in tom. 2. tr. ex Ref. 206. lege doctrinam S. Itaque, prope finem, à verif. Concedo. & in tom. 8. tr. 1. Ref. 2. §. 2. ante medium, verif. Quarto,

RESOL. LXXVII.

An bona temporalia sint dimittenda propter scandalum?

Et obseruatur excusari à peccato Pontificem, qui dissimulat, vel coniuuet, quando Princeps secularis usurpat bona temporalia Ecclesie, si absque minori scandalo, vel damno potest id impedire. Ex p. 5. tr. 7. Ref. 24.

§. 1. AD hanc questionem ita respondet Lorca in 2. 2. quest. 43. artic. 8. n. 11. Bona spiritualia & commoda temporalia, quæ non sunt necessaria ad salutem, nec debita ex præcepto non sunt omnino omittenda propter scandalum pusillorum, debent tamen intermiti & differri, donec pusillis reddatur sufficiens ratio rectitudinis, vt vitetur eorum scandalum. Differenda esse probatur: quoniam lege charitatis tenemur quantum possumus impedire peccatum proximi, quod non ex malitia sed ex ignorantia, aut infirmitate inculpabili oritur. At vero redita ratione, qua sufficienter vitari potest scandalum, si adhuc perseverat non iam ex ignorantia, vel infirmitate, sed ex malitia, aut ignorantia culpabili scandalizatur, & ideo eius scandalum contemni potest. Sed verum est quod Caietanus aduertit, scandalum pusillorum perseverare posse adhuc postquam redita est ratio facti, vel quia rationem non capiunt ob mentis tarditatem, vel ob consuetudines diu firmatam, in quo casu docet Caietanus omittendam esse actionem ex qua scandalum accipiunt, vel differendam, donec ad sanio rem mentem venerint, quod solum est verum, si actio omitti potest sine iactura nostræ utilitatis, si enim magna utilitas, temporalis, vel spiritualis interueniat, contemni potest scandalum pusillorum postquam sufficienter admoniti sunt. Ita Lorca, vide etiam Gordopum tom. 1. lib. 6. quest. 16. cap. 6. num. 15. Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 1. Caltrum Palaum tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 17. Valentiam tom. 3. disput. 3. quest. 18. punct. 4. Hurtado in 2. 2. disput. 173. sect. 23. §. 277. & sequen. Suarez disp. 10. sect. 3. n. 10. vbi obseruat excusari à præcepto Pontificem, qui simulat, vel coniuuet quando Princeps secularis usurpat bona temporalia Ecclesie, si absque minori scandalo, vel damno potest id impedire, & cum D. Thoma in 2. 2. quest. 43. art. 8. docet etiam Prelatos, qui non habent dominium rerum, non posse ratione scandali omittere bona temporalia, quia hoc esset scandalum Pharisaicum; vnde patet quàm male seculares scandalizari,

dalizari, quando Episcopi & Praelati Regulares lites agitant ad acquirenda bona Ecclesiae; nam si hoc non facerent, peccarent mortaliter, & si ipsi de hoc scandalizantur, pharisaice scandalizantur, unde tanquam ex malitia peccantes de illis minime curandū est.

## RESOL. LXXVIII.

Addenda, atque emendanda in hoc tractatu 5. de Scandalo, quae apposta sunt in fine 5. partis secundum ordinem R. P. Diana.

**S. 1. P. Ag. 194.** in fine tract. adde quae sequuntur: Postquam Lugdunū typis excudendum praesentem Tractatum miseram, peruenit ad manus meas Tractatus de Fide, Spe, & Charitate, compositus à viro doctissimo & amicitio P. Gaspare Hurtado. Illustriss. Societ. I. E. S. V. Theologo, ut supra ab altero Hurtado, Petro videlicet multa non sine Lectorum iucunditate, & utilitate, ut reor, mutati sumus, visum est etiam hic apponere aliqua ad elucidationem supra dictorum, non minus eruditè à dicto Gaspare observata, maxime cum eius Codex non ita facile inueniatur. Allentit igitur.

\* Sup. hoc supra in Ref. 46. & in aliis ex multis eius annotationum pro hac quaest.

2. \* Primò famulus, qui nequit facile inuenire herum, & tam vilem sibi, potest quando in eo non est prava intentio, & non constet herum ex passione aut ignorantia abusuformi, in usu ipsius heri videre, quod femina aliqua ear, & uti habet, eique munuscula deferre, herumque comitari ad domum concubinae, siue caula honoris, siue defensionis heri, & ei pedem sustinere ad ingrediendum per fenestram domum concubinae, & ei picturam concubinae emere, & ire ad concubinam, & ei dicere: Here meus te vocat, & eam ad domum heri comitari, & ianuam ei aperire, & eis lectum sternere, non tamen potest eam invitare ad actum ipsum inhonestum cum heri, nec literas heri eam ad id invitantes deferre, sicut nec literas heri prouocantes aliquem ad duellum, nempe, Conueniamus tali hora, & tali loco pugnaturi, si famulus saltem probabiliter credat literas esse invitantes ad actum inhonestum, vel ad duellum (quod addimus, quia quamuis dubitet, an literae sint invitantes, posse eas deferre, affirmant Rebell. lib. 2. p. 1. q. 14. n. 5. & Castro p. 17.) & etiam posse literas aliter amatorias non invitantes deferre, sicut & literas ad duellum pertinentes, non invitantes, nempe, Conueniamus tali hora, & tali loco, non addendo, pugnaturi, & posse similes literas iussu heri scribere. Potest autem ministrare, & exhibere omnia, quae diximus posse, quia omnia ea sunt ex se indifferentia, quae possunt vsui bono, & malo deferri, & alias supponimus herum non abusuformi ex passione, nec ex ignorantia, & adest utilitas famulo in ea administratione materiae, & in ea exhibitione ministerij, imò etiam incommoditas, si id recuset, quia id agere feret herus, ut credi potest. Et eadem omnia potest filius ad mandatum parentis, praesertim si ex omissione indignationem patris timeat; & eadem omnia, quae possunt famulus, & filius, \* etiam potest quilibet alius titulo alicuius considerabilis utilitatis sibi accrescentis, & multo melius titulo vitandi aliquod graue incommodum, aut damnum. Imò ad hoc vitandum potest ea ministrare, aut exhibere, quamuis scandalizandus id sit effectus ex passione, aut ex ignorantia. Ad id licitum esse alicui \* praebere munera concubinae iudicis, & ab ea petere, ut intercedat pro ipso apud iudicem, quando intercessione illius sperat favorabilem sententiam, & ei non se offert alia via facilis obtinendi talem sententiam, quia id possunt concubina, & iudex licite efficere, & possunt si velint non se iniicere in

Sup. his quae sequuntur pro scribentibus, & deferentibus literas amatorias, &c. & prouocantibus ad duellum, supra in Ref. 43. 44. & 45. & in aliis earum annotationum pro istis quaest.

\* Sup. hoc supra in Ref. 44. §. vi. inter medium, & finē. Verf. Hec autem.

\* Sup. hoc ad medium §. seq. & supra in Ref. 50. & 51. &c.

periculum probabile turpis amoris.

3. Nota secundò ministrare cibaria in die ieiunij ei, qui frangit ieiunium, aut creditur fructus esse licitum, quando illorum ministratio, siue ea denarij, siue vendendo, siue ea mensa ministrando, siue ea emendo illi, est utilis ministranti, si abusus futurus non constet. Famulus ergo qui nequit facile inuenire alium herum & sibi tam vilem, potest si in ipso non sit prava intentio hero frangenti, aut fructus ieiunij emere cibaria, & ea condire, & ea mensa ministrare, quia ei est utile hero famulari. Et eodem modo potest hero infideli emere idolum, quamuis herus sit eo abusus, & eum ad templum idolorum comitari, dum non constet herum abutentem esse praedictis ex passione, aut ex ignorantia. Et haec ratio docet Gaspar Hurtad. *vbi sup.* citatus *diff. 10. diff. 9.* quidquid alij, quoad praestanda munera concubinae iudicis, asserunt; led intelligendi sunt dum alia via ius consequi possit à iudice. Vnde sententiam Hurtadi praeter alium Hurtad. *vbi sup.* citatum, & alibi Casfr. Palam, docet etiam Moltesius *in summa. 1. r. 8. c. 10. num. 62.* nec in hoc iniucundus est scrupulus litigantibus. Nota verò quòd Moltesius *diff. 10. diff. 9.* dissentit ab Hurtado, quando seruus adiuuaret, v. g. scaldas, ut herus ascendat per fenestras, quia sic aduentum iniuriosam inferet domino domus: ergo peccat contra iustitiam, & admotio scaldas est cooperatio proxima ad peccatum heri; sed sententiam Hurtadi tenet etiam Castus Palaus, & alij *supra* in hoc tractatu citati.

4. Nota tertio licitum esse ex honesta causa conferre alteri occasionem peccandi medio in distinetis, & merito, quia offerre occasionem peccandi medio indifferente, non est intrinsece malum ergo potest ex aliqua honesta causa excusari à peccato, praesertim ex causa vili ipsi offerenti, aut magis vili scandalizando. Vnde pater, vel herus desiderans experimentum capere de fidelitate filij, vel famuli, aut eum carum reddere in futurum, non peccat relinquendo clauem in arca, quasi oblitam, & apponendo ei munus, vbi eos possit facile inuenire, & furari, nec manum peccat, qui cum vxore pacifertur, ut amalo eam ad adulterium sollicitanti dicat. Contenta sum vt venias hac nocte tali hora, dum non addat, & committitur mala, sed indifferentia, ac proinde possunt honesti ex aliqua causa honesta. Ita ille *diff. 11.* Vnde ego olim consului Superiorem regularem: potuisse sine aliquo peccato scandali elauis Monasterij relinquere in quodam loco, quasi oblitam, ut postea in flagrantiuueneret subditum aperientem portam, & hoc in eius utilitatem atque ita etiam docet Lajman *lib. 2. tract. 3. cap. 15. n. 4.*

5. Nota quartò qui vinum in graui quantitate depontit apud tabernarium vendentem illum aqua mixtum peccat; & primariò contra iustitiam, quia tunc tabernarius quasi nomine de potestis vendit illud, quod illud, adhuc est deponentis, & tenetur ad restitutionem non restitit esse tabernario. Si verò vinum non sit depontitum apud tabernarium sed ei venditum, si quòdò venditum fuit, vendens timebat probabiliter eum illud aquatum venditurum, peccat contra iustitiam secretariorum (nisi alij non poterat vendere, & illud non vendere esset ei graue, & molestum) non tamen tenetur ad restitutionem, quia non peccat dicit esse contra iustitiam. Ita ille *diff. 7.* sed de hoc calo videtur, quae superius dixit Merolla.

6. Nota quintò Petrum, v. g. qui invitatur eum, qui paratus est ad occidendum aliquem & qui eum ab occidendo est non peccare, nec incurere in regulatorem,

si imitatio cedat in bonum occidendi : vt si Petro occiduro hodie aliquem suadeat, vt occidat cras, & occiduro in hoc loco, vt occidat in distantiore, vt mutatione loci, vita occidendi protrahatur; & eum qui inuitat eum qui est paratus ad furandum, & qui aliis inuitatur est, non peccare, nec ad restitutionem teneri, inuitatio cedat in bonum illius, cui est faciendum furum : vt si inuitatus ob inuitationem minus, aut tardius furetur. Imò hæc duo esse vera, quamuis inuitatio, aut suasio sit moralis causa distincta numero actus, occidendi, & furandi ab eis actibus, quibus aliis fieret occisio & furum, quia tunc inuitatio est ad minus peccatum, quamuis distinctum à maiore. Ita ille *difficul. 9.* qui etiam *difficul. 3.* asserit, licitum esse suadere latroni determinato ad manus furum, quod committat minus vt omittat maius, & non solum respectu eiusdem personæ, sed etiam respectu diuersæ, quia licitum est suadere minus peccatum, vt omittat maius. Imò addimus licitum esse eum iuuare ad committendum minus furum respectu eiusdem personæ, si aliter nequit dissuaderi à maiori, non verò respectu diuersæ perso-

næ. Ratio prioris est, quia tunc non iuuat, inuito domino, sed ipso volentem saltem interpretatiuè, quia sic iuuando prospicit bonis domini, & facit quod dominus ipse faceret, si non posset aliter obuiare maiori furto, in quo distinguitur peccatum contra iustitiam à peccatis contra alias virtutes, nempe quòd quamuis licitum sit suadere ad peccatum minus contra alias, virtutes non tamen ad illud iuuare, seu cooperari, quia suasio ad minus peccatum contra alias virtutes moraliter non tendit formaliter, vt fiat minus, sed vt non fiat maius; cooperatio verò moraliter tendit formaliter etiam ad ipsum minus peccatum, ad quod est cooperatio. In peccatis verò contra iustitiam respectu eiusdem personæ licitum est ad minus cooperari, quia quamuis cooperatio moraliter tendat formaliter ad ipsum minus peccatum, moraliter tamen, quia non est iniuriosa proximo, sed potius fauorabilis, & ideo non est mala, quia si esset mala malitia iniustitia, seu iniuria contra eum, cui fit iniuria, tunc autem non est iniuriosa illi, sed potius fauorabilis. Ergo, &c. Et hæc dicta, sufficiant circa præsentem Tractatum de Scandalo.

lin. 5. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 30. lege eam per totam.

In indice primo huius Tomi 7. lege Apendicem ad hunc Tract. 5. vbi reperies alias multas difficultates, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. qua simul pertinent ad hunc Tract. 5. de Scandalo.



TRACTATUS SEXTVS  
DE COMITIIS SEV PARLAMENTO  
REGNI SICILIÆ, ET NEAPOLIS.

Sed aduerte obsecro Amice Lector, quod multæ Ref. huius Tract. deseruiunt non solum pro isto Tractat. de Parlamento, sed mutatis mutandis pro aliis similibus casibus sæpius occurrentibus in omnibus, & singulis aliis Communitatibus, Capitulis, Congregationibus, Vniuersitatibus, & Collegiis.

RESOLVTIO PRIM A.

De donatiuis, qua in Parlamento Regni Siciliæ Serenissimo Regi tribuuntur, & de eorum iustitia.  
Et an supra dicta donatiua sint re vera impositiones, ita vt debeant habere conditiones requisitas ad impositionem gabellarum? Ex part. 1. tractat. 3. Resol. 1.

**S**UPPONENDVM est, tanquam certum, donatiua Parlamenti nomine esse voluntaria, sed reuera esse necessaria. Ita in terminis testantur Doctores. Et quia fundamentum huius Tractatus consistit in hac veritate, ponam per extensum verba Doctorum. Ioann. Franc. Aponte in suis decisionibus, part. 1. decis. 3. num. 14. sic ait, Donatiua, quæ singulis duobus annis fiunt, non dicuntur voluntaria, ita quòd est hoc nomen simulatum: & propterea videmus, singulis duobus annis irremissibiliter peti à Rege, cum literis particularibus ad suum Proregem transmissis: & Po-

puli, & Barones per regias literas particulares ad Parlamentum vocantur. Vnde verè potest hæc appellari, *impositio*, quæ singulis duobus annis fit per Regem, vt suis necessitatibus subueniat. Hæc ille. Maltrillus de Magistratib. tom. 2. lib. 5. cap. 15. num. 29. & seq. [Donatiua Parlamenti, licet voluntaria dicantur ad differentiam muneris, ad quod ex capite Regni tenetur Regnum in quatuor casibus, attamen necessaria potius dici merentur: quia sunt loco seruitij, & pro Domino in bello adiuuando, suisque necessitatibus subuiendo, ad quod omnes tenentur, ideo nomen hoc donatiui simulatum est, cum singulis tribus annis irremissibiliter petantur à Rege, cum expressis literis ad Proregem transmissis, & pro effectu prædicto tria Regni brachia per literas conuocantur: vnde verè *impositio* dici poterit.] Idem cum eisdem verbis docet etiam ex nostris Regnicolis vir doctus, Marias Giurba in suis decisionibus, tom. 1. decis. 118. num. 2. & seq. Idem etiam docet Valenzuela. Velaquez conf. 99. pract. 4. num. 61. & ex Theologis P. Suarez de legib. lib. 5. cap. 17. num. 7. Et ex nostra Religione P. Molfesius in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 2. num. 36. vbi asserit, supradicta donatiua esse reuera impositiones, ita vt debeant habere conditiones requisitas ad impositionem